

Biblioteca della Comp. Reale di Scienze e Lettere

R 9289

ACADEMICA IOANNIS BAPT. RINALDI

IN TRES PARTES DISTRIBVTA

IN DIALOGOS QVIBVS LITERARIA

RESP. MILITANS ADVERSVS

IDONAEVM EXPRIMITVR.

IN LECTIONES ET IN ORATIONES IN EIVS ACADEMIA

AB ERVDITISS. NEAP. VRBIS ADOLESCENTVLIS

RECITATAS IN CELEBRI PRAESTANTIVM

VIRORVM CONSENSV.

SVB IOAN. ANDREAE CVRTII SACRI SENATVS NEAP.

PRAESIDIS AMPLISSIMI AVSPICIIS.


Superiorum Permissu.



NEAPOLI

Apud Iosephum Cacchium Aquilanum.

M. D. LXXVI.



2 400 40 *Mehta* MADE IN SPAIN

All. Colletti della Comp. dei ...

08

R 9289

ACADEMICA
IOANNIS BAP. RINALDI

IN TRES PARTES DISTRIBVTA

IN DIALOGOS QVIBVS LITERARIA

RESP. MILITANS ADVERSVS

IDONAEVM EXPRIMITVR.

IN LECTIONES ET IN ORATIONES IN EIVS ACADEMIA

AB ERVDITISS. NEAP. VRBIS ADOLESCENTVLIS

RECITATAS IN CELEBRI PRAESTANTIVM

VIRORVM CONSENSV.

SVB IOAN. ANDREAE CVRTII SACRI SENATVS NEAP.

PRAESIDIS AMPLISSIMI AVSPICIIS.


Superiorum Permissu.



NEAPOLI

Apud Iosephum Cacchium Aquilanum.

M. D. LXXVI.



ILLVSTRI DOMINO IOAN,
ANDREAE CVRTIO.

IN NEAPOLITANO REGNO MAGNI
PROTONOTARII PARTES GERENTI, ET
SACRI SENATVS PRÆSIDI AMPLISS.
ERVDITIONE INTEGRITATE, ET
SAPIENTIA INCLYTO.

Ioannes Baptista Rinaldus.

S. P. D.



Academia nostra, quae literariae Reip. militiam expressam ante oculos proponunt, hoc anno in iustum uolumen collecta tibi potissimum dicare uolui Praesces Ampliss. quod non ignorabam, quantum benignitati tuae ob innumerabilia à te in me collata beneficia debebam. Arbitror te memoria tenere permutationem illam, quam fabulae inter Apollinem, & Mercurium ferunt intercesuisse, cum hic lyram, ille uirgam dedit, illud nimirum inuenientes, Mercuriales uiros plurimū artiū encyclopaediā tanquā lyrae concentum ad Principes suos deferre solere, hos uerò et auctoritatem, et opes illis impertire. Te ipse tanquā Clarū Apollinē semper sum ueneratus: Nā cū ueluti Mercurius meos aliquot labores in te cōferrē, tu me auctoritate, nomine, multisq. cōmodis in me nō pro mea dignitate, sed pro tua benignitate collatis libentissimē cumulaisti. Quib. reb. efficitur, ut ipse ab amplitudinis tuae radijs nunquam abscedā, dū caelestis ille Mercurius sui Apollinis comes extabit. Tuo n. lumine illustratū, aequitatisq. tuae, ac religionis ornamentis, quib. haud secus ac solis iubar inter ceteros Reip. nostrae uiros praestantissimos elucescis, sustentatū nulla tenebra obscurare, nulla dāna labefactare poterūt. At q̄s me iure accusabit, quod te mihi ascuerim, & Apollinē appellauerim, cū nouē Musarū nō solū dux, & moderator, sed et parens existas, hoc est toti dē liberorū, qui mihi nō solū numero, sed et animorū cādore, & omnium optimarū artium studijs Musas illas tā celebres ingeniorū praesides referre omnium iudicio uidetur. Quod si qui sp̄iā mirabitur ex sacra ista enneade in terris morāte. unum abesse, eum scire uolo Caesarem Uranīā in stellifero caelo spatiantē sidera propius cōtemplari; qui dū hic affuit, ingenio, doctrina, & pietate nō mō aetatis suae adolentes oēs superauit, sed et cum summis uiris de laude, & de gloria contendit. At nunc humanis hisce reb. contemptis felix inter beatas mentes, quanta fruitur luce? quantis uersatur in bonis? Ibi CHRISTVM intuens, obsecransq. firmissime patrociniū & parentes, & fratres tuetur ut pie credere fas est ne quid eis

iterum, aut obrectatorum inuidia, aut inuidorum obrectatio obesse possit. *Dij immortales, quantum tibi Praeses amplissime, quantum Hieronyma tua coniugi optimae, & matronae primariae nostra ciuitas debet, qui praeter tot comoda, quibus uterq; ciues nostros afficit, tot liberos, totq; adeo urbi nostrae sidera procreastis; & quos tanta diligentia, tanta pietate educastis, tanta doctrina erudiendos curastis, tam ingenuis moribus imbuiistis, & in piculi tam caute, tam sancte consuefecistis, ut non tot liberos, ut multi, non tot iure consultos ut quidam, sed tot procures, tot magistratus, tot antistites soli protulisse uideamini. Quid n. fieri pot. Francisco uestro circumspectius, qui solus ad homines iuuandos natus esse censetur? Quid Iulio integrius, quem ob animi integritatem summis honoribus dignum existimant? Quid Fabio in Graecis, & latinis literis doctius, in quo uno Homeri doctrinam, & Vergilij suauitatem coniuncta esse iudices? Quid Camillo acutius? qui in iureconsultorum legibus explicandis adeo praestat, ut Sceuolam, aut Papinianum te au dire credas? Quid praeterea Scipione modestius? Quid Paulo ingeniosius? quid Toma uenustius? Denique quid nostrae aetatis fulgure Mario eloquentius? quid illustrius? qui de diuinis arcanis ex alto Christianae Reip. Suggesto uerba faciens omnium mentes in maximam traducit admirationem. Nolo de Caesare iterum memoriam renouare, cuius discessum tanta sapientia tulistis, ut omnes scimus, ne accepti uulneris cicatrix recrudescat. Erat adolescens acri ingenio praeditus, singulari modestia, & probitate, tantaq; religione insignis, quantam uel id comprobauit, quod in tam tenera aetate ad sideream sedem comigravit. Sic uiuam, ut posteros spero te, tuamq; Hieronymam magnorum, & clarissimorum nepotum parentes esse uisuros. Solent alij iactare generis claritatem, alij maiorum imagines, quidam uel a maioribus relictas, uel a se partas facultates, ceteri proprios honores, ac dignitates: At eiusmodi rebus omnibus licet te simul gloriari: claris enim ortus parentibus, auis, at auisq; iure consultis praestantissimis (est enim Curtiorum familia nobilissima) facultates ab illis relictas non solum parsimonia, quae maximum uectigal est, conseruasti, sed industria tua, ac solertia prudenter, iusteq; auxisti. Summas uero dignitates, quas antea Carolus V. Imperator maximus, nunc Philippus eius filius Rex munificentissimus non nisi in optimos uiros conferre solet, ob singularem ingenij tui praestantiam, summamq; in administranda Reip. si dem, solertiamq; tibi comparasti: sed nullare licet magis gloriari, quam quod ipse inter tuos primus sacri Senatus praefecturam domum tuam reportasti, quam ita xxx fere annis administrasti, ut nemo iustius, nemo integrius gesserit. Quis est enim, qui summam in rebus agendis integritatem tuam, singularem in pauperibus alleuandis pietatem, incredibilem denique in prouiden-*


do,

do, & consulendo sapientiam non admiretur? Quis liberalitatem in dando non experitur? Quis in assequendis honoribus tua munificentia non subleuatur? quis in publicis rebus gerendis a tua prudentia non eruditur? solus es, quem felicem omnes iudicant, quod uirtuti fortuna respondet, si fortunae ascribendum est, quod Dei Opt. Max. consilio efficitur, qui omnium mentes intuens opes, dignitates, honores tribuit cuiq; pro dignitate. Is te in clarissima urbe ex clara familia nasci uoluit; is parentes uirtute praestantes dedit; is adiecit animi rarissimas dotes, & corporis firmam habitudinem, ut sufficere laboribus posses; Is tibi Octavianum fratrem Regij fisci patronum integerrimum, & Christianae pietatis obseruantissimum in amore coniunxit, ex eodemque Claudium et Marcellum superstites reliquit adolentes & humanitate, & eruditione ornatissimos. Is uxorem pudicitia & foecunditate conspicuam conciliauit: Is filios ingenio, uirtute, & religione clarissimos extulit, Is Senatoriam dignitatem, & Sacri Senatus praeturam contulit, eundem spero esse te ad beatae uitae gaudia perducturum. Quamobrem si Aegyptii sua scripta Mercurio dicere consueuerunt: si Athenienses Palladi, si Romani Apollini, cur nos non tibi urbis nostrae Praesidi & doctrina, & sapientia, & religione praestanti nostra non dabimus? Nam quod Aegyptii Mercurio artium, & disciplinarum auctori tribuendum censebant, id nos tibi omnium maximarum scientiarum studiis clarissimo debemus: quod Athenienses Palladi ingenij, & consiliorum duci reddebant, id ad te ciues nostri ob singularem in gerenda Rep. sapientiam, & ob eximiam in consulendo integritatem deferre debent, quod denique Quirites Apollini Musarum principi dicabant, id optimum quaeque tibi, ob summam beneuolentiam, qua literatos uiros amplecteris, dicere oportet: Nullibi enim benignius accipiuntur, & liberalius subleuantur literarum cultores, quam apud te. Nullibi quisquam eiusmodi conditionis uirtutis patrociniu, uitaq; maius praesidium inuenit, quam apud Musas tuas, & apud te uirum Christianae pietatis alumnium praestantissimum. Hinc efficitur, ut nemo tuas aedes urbis nostrae oraculum adeat, nemo praetereiens aspiciat, quin illas tanquam angulum templi iustitiae, religionis, integritatis, castitatis, liberalitatis, & munificentiae, caeterarumq; uirtutum maximarum fragrantia referunt non ueneretur, & colat. Hinc enim tanquam ex sacrario morum illustrium, & praestantium exemplorum lucidissimi effunduntur radij, quibus prateruentum, uel accedentium animi illustrati abiecta omni humanarum rerum cupiditate ad caelestia animum attollunt, neque aliud sibi expetendum putant, praeter charitatem, & religionem, quibus ducibus paratur uia ad superos. Quare cum te precipue libera-

tis

eis hominibus fauere iam diu et cognouerim, & senserim, quod hisce tempo-
 rib. admodum rarum est (Quotus. n. quisq. princeps Musarum alumnos am-
 plectitur) clientium tuorum lucubrationes in nostra academia recitatas ma-
 ximo literatisimorum hominum concursu tibi dedicare putavi, quod tibi iure ip-
 so debebantur, cum nostram academiam amplitudo tua inprimis auxerit, et
 ornauerit, tum quia Musarum primitias (contulerunt. n. in eam complura li-
 beri tui) Apollo sibi uendicat. Descripsimus pro uirili literariam Rēp. aduer-
 sus uoluptatem, & otium aeternos hostes suos acerrime militantem, quae res
 ut melius ante oculos proponi posset, nostros academicos fecimus, quae Roma-
 nae Rēp. in bellis gerendis instituta fuerint, inter se describentes. Est labor
 (ut spero) historiarum lectionis cupidis uiris non inutilis, neq. iniucundus.
 Tu igitur, & si tua amplitudine dignum munus non est, hilari tamen illud
 fronte suscipito; ut, si quando animum forensi strepitu, grauiusq. negotijs de-
 fessum recreare libitum erit, leuiora haec inspiciens, quae Musarum tuarum
 manibus unguento delibutis condita sunt, omnes ex animo curas pellere pos-
 sis. Ipse, ut meam in te obseruantiam aliquando indicarem, qua amplitudi-
 nem tuam semper sum prosecutus, non solum de meo aere, quod tibi debebam
 persoluendum, sed etiam, cum id non satis esset, aliquid de alieno adden-
 dum esse putavi. Neq. minus, quod meum est, quàm quod caeterorum, libenti-
 sime accepturum, aequi boniq. consulturum esse te certo scio. Vale:

AD LECTORES.


N Academica nostra lectores humanissimi diuino numine adiuuante, & Ioan. An-
 dreae Curtij Sacri Senatus Neapolitani Praesidis amplissimi liberalitate tandem in-
 apertu, lucemq. prodire, is. n. hac & sua benignitate suscepit, & industria fouit, &
 suis sumptibus typographo excudenda tradidit. Cui rei libenter ipse assensus sum tã uiri aucto-
 ritate munitus, cuius ditioni mea omnia sã diu dicaui ob plurima ab eo in me collata beneficia:
 eoq. libentius id egi, quod eadẽ rone existimauit exploratũ fore uobis gratũ illũ animũ, quo ciues no-
 stros semp sum prosecutus. Nostros ciues Neapolitanos appello; Neq. n. iure me Casertã cogno-
 mēto quidã uestiunt, qui quoad pueritiã memoriã recordari ultimã possum, Neapoli me educa-
 tũ, eruditumq. esse scio à parentib. meis, qui me & Neapoli ortum esse asseuerabãt. Cõfirmat, qd
 dico, & Rinaldi cognome, cuius appellationis familia Casertã nulla est, Sed Neapoli, Capuae, &
 Nuceriae. Scire igitur uos uolo non inanis gloria causa, aut popularis aura captadẽ studio hæc
 me typographis comississe, sed potius officij gratia, & restificandi amoris mei, quo alumnos meos
 semper cõplexus sum, eorumq. parentes, qui mihi eos tam hilare, tam benigne erudiendos tradi-
 derunt; Sentio me eorum humanitati plurimũ debere, liberorumq. obsequijs, & obseruatiã, qua
 accepti beneficij memores me psequuntur, ob eamq. causã hæc imprimẽda curauit, quod gratiã ali-
 qua me sibi referre sciret, cũ mea opera uis maluerint, quã aliorũ. Ea in tres partes distribui, in
 Literaria Rēp. dialogos, & lectiones, et i orationes. In dialogis nõ solũ Academicos nostros feci loquẽ-
 tes, ut q i ea strenue militarim, facile cognoscãtur (ipsorum. n. causa dialogi ipsi editi sũt) sed et, ut
 auctoricis aliqua rei adderetur, adhibui iterũ uiros quosdã maximis, plurimiq. uiriuib. p̄lla

res Academiae nostrae apprime studiosos, Et ut cum Philareto, & cum Philotimo Literariae
 Rēp. Consulibus dignae personae colloquerentur. Sic ubi de consultatione agitur, adhibui An-
 gelum Constantium, & Camillum Porcium historiae peritissimos; ubi de aetici instructione tra-
 ctatur, Tyberium Brancatium bellicis rebus clarissimum. De triumphandi more Romano-
 rum loquentem feci Antonium Caracciolum cognomento Bisum totius antiquitatis, et om-
 nis eruditionis peritissimum. Sic & alios quosdam uarij de causis, ut Claudium Serambonem
 eloquentia insignem, Ioannem Vincenium Portam, & Paulum Vernaleonem in ma-
 thematicis disciplinis praecipuos, Fabium Iordanum, & Ioan. Baptistam Arcucium in poeti-
 cis nemini secundos, caeterosq. complures in omni disciplina elegantissimos, quos mihi in-
 primis fauere semper noui. Atq. si hisce in dialogis quorundam, & doctorum uirorum nulla à
 me facta mentio est, in hac editione, inscientia ascribatur potius, quã maleuolentiae, cum eorum
 nulla ad me notitia peruenerit, quae si uenerit, in alia editione suis cuique dabitur locus. Ad-
 dita sunt in margine scholia quaedam, ut quae in dialogis ad Literariam Rēp. pertinentia
 subobscurè tractata uidentur, aut uelamine aliquo contexta, rudioribus pateant. Lectionibus
 praeposita sunt praemia quaedam tanquam praecudia, antequam ab Academicis pronuntia-
 rentur. Eisdemque accessere formulae quaedam gratiarum actionis, quae omnia arbitra-
 rus sum pueris non inuulua esse futura, si quando aliqua publice aggrediemur. Praeterea si
 qua integrã ex optimis auctoribus huc collata inueneritis, scirete id ea de causa me fecisse, ut
 pueri in optimis, selectissimisque sententijs ediscendis assuescerent. Plurimum enim refert, quae
 nam teneris puerorum animis prima inhaerint, cum optima quaeque à teneris ediscenda es-
 se sapientes statuerint. Proposui quoque haec rudia protypa, ut adhibito uestro iudicio fuerit
 excypa, Apellis exemplum secutus, qui pictas tabulas populo subycere solebat, ut ex illius ar-
 bitrio quae minus apte efficta essent, corrigeret. Omnia uobis accepta referam, ut pictor ille,
 qui inu errogatus sub quo magistro profecisset, populum ostendit, sub cuius censura artis peritiã
 affectus uidebatur. In his protypis si quid inepte positũ, si quid prauè dictũ occurrerit, minima
 tula cerula, uel asterisco notatũ ad auctore remittite; procul à uobis absit liuor, aut obrectatio
 Nostri nõ parũ esse inuidiae, aut maleuolentiae labẽ, in quã facile incurrũt qui aliorum scrip-
 ta maligne uellicant. Quam turpe auditũ? Fœnum habet in cornu. Et, hic niger est, hunc tu
 Romane caueo. Illud uelim uos non ignorare; Quoties aliquid nostris scriptis derogatis, toties
 Ioan. Andreae, eiusque liberorum in omni disciplina praestantium iudicio remere derogare.
 Quamobrem fouete potius, ac boni consulite conatum hunc nostrum, animũq. adhibete, ut
 caeteras lucubrationes nostras typis audacter committamus: Et abemus enim fere sub prelo poe-
 ticam siluam in Deorum familiis distributam; ubi permulta Graecorum, & Latinorum poe-
 tarum fragmenta ad naturalem philosophiam reuocata breui, ac ferè concisa oratione expli-
 cantur. Quibus accedent Astronomica cum Geographicis latine scripta. Paratas quoq. ha-
 bebimus XII. Heculis aerumnas quinque sensibus enodatas. Tum gemilium Deorum poeticos
 lusus de disciplinarum primatu, Denique & Crucis symbola, opus christianae pietatis cultoribus
 (ut arbitror) non ingratum, quae tria etrusca lingua complexi sumus. Nunc uerò
 diu quae, quae qualiacumque sunt, uestrae benignitati, ac eruditioni, & tradimus, & com-
 memlamus.

IOAN-

IOANNIS BAPTISTAE EX VETERI ARCUTIOR.
Familia Doctoris Theologi ac in omni liberali disciplina eruditissimi.

AD LECTORES EPICRAMMA.

In lucem ueniunt docti monumenta Rinaldi,
Quodq; nimis dextra Pallade fluxit opus.
Vos, qui Permessi laices potare beatos,
Et cupitis sacra cingere fronde caput:
Has indefesti iuuenes euoluite chartas,
Non queat in Latio pulchrior esse liber.

PAULI RECHII IURIS PRUDENTIAE AC
Theologiae Peritissimi Epigramma.

Sume leues Clio calamos, cantumque serena,
Causa tibi exoritur maxima laetitia.
Nam noua Rinaldi Scriptis nunc Roma patescit;
Luminaq; ipsius lingua latina nitet.
Ut formaretur miles per tempora prisca,
Et clari partes, officiumq; Ducis:
Qualis & in Latio nunc militet armis,
Rinaldus miro praestitit ingenio.
Currite, qui cupitis normam spectare Quiritum,
Hic ars Romana est, consilium, & series.

LATINI TANCREDI PHILOSOPHI
Argutissimi epigramma.

Publica, quae cuperet, scripsit doctrina Platonis.
Quid Romae egissent, Tullius ante, Patres,
Praeteritum hic uidit, spectauit at ille futurum,
Nec minus ingenio inuit uterque suo.
At tibi Pallady dum tractas munera Regni,
Hostilesq; artes uincere posse doces,
Docte Rinalde patent tres partes temporis; inde
Cura potest scriptis maior inesse tuis.

LITERARIAE REIP. CASTRAMETATIO
FEDERICVS CARAFA
FERDINANDI SANCTOLVCI

DENSIYM REGVLI ET RERVVM
BELLICARVM GLORIA ET DOCTRINAE
PRAESTANTIA CLARISS. LITERARIAE
REIP. FICIALIS
CVM BELLVM ADVERSVS IDONAEVM
INDICERET HIS VERBIS
EST.



D S V M Literariae Reip. publicus nuntius; pie, iusteq; legatus
bellum indicturus aduenio ex eorum collegio, ad quos belli, pa-
cis; foederum; indutiarum, oratorum ius pertinet: tum etiam de illa
tis iniurijs, de socijs; foederatisq; gentibus cognoscere, raptaq; &
hostili modo deuastata belli iure repetere. Me Fecialem appel-
lant, quod fidei faciendae S P Q L praefecerit, tum foederibus.
bellisq; faciendis: Consent enim nullum bellum esse iustum, nisi
quod ante per Fecialem rebus repetitis denunciatum sit, atq; indi-
ctum. At modo nihil de foedere agitur. Aduocassem enim Patrem patrum, cuius o-
pera in patrandis foederibus a me exigi solet, eduxissemq; primo diluculo e Feretri; Io-
uis aede uerbenas, & saxum; sceptrum manu tenerem, et ante Iouis simulacrum affaret
poreus, cuius caput in faciando; firmandoq; iuramento icerem, proferremq; verba il-
la, quae de more proloqui soleo. Audi Iupiter, audi tu Pater patrum, audite caeteri;
Ut illa palam prima postrema, ex illis tabulis, cera ue recitata sunt sine dolo malo, utiq;
ea hic hodie rectissime intellecta sunt, illis legibus Populus Literarius prior non defi-
ciet; Si prior defexit publico consilio, dolo malo, tum me Diespiter populumq; Li-
terarium sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam, tantoq; magis ferito, quanto ma-
gis potes, pollesq;. His dictis statim porcum saxo filice percuterem, mox aqua, & igne
in sacris adhibitis illum immolarem. Neque ad repetendas res legatus accedo: Effere-
rem enim verba illa. Audi Iupiter, audite fines; Si ego iniuste, impieq; illos homines,
illasq; res deder populo Literario, mihiq; expono, tum patriae compotem me nunquam
finas esse. Quae hostium fines superascendens, quae portam ingrediens, quae forum in-
gressus peragere soleo. Cumq; res non dederentur, quas dari, fieri, solui oporteret, ad se-
natum omnia referrem, qui res omnes puro, pioq; bello quaerendas esse censeret, con-
sentiret, concisceretq;. Non (inquam) nunc de faciando foedere, neq; de repeten-
dis rebus agitur. Literariae Reip. Senatores omnes non sine Apollinis ducis auctori-
te in hac sententia iure omnes, ut atrox bellu ca immanissimis, acerrimisq; hostibus iu-
ste, pieq; denuo suscipiatur; omniq; humanitate deponita leuerrime geratur. Foedifragi
enim sunt, atq; singulari immanitate insignes. Eam igitur, ob causam cum eiusmodi ami-
ctu hic me progressum uidetis; capite filo laneo uelato, cum hasta sanguinea praefusa
Et cum omne pugnae, indice, quem in hostium agros immittere oportet. Ad Idonei

Sunt nomina efficta a grecis vocibus, que significant uoluptatem, uentrem, suadentiam in glunem, ignorantiam, somnum, ignominiam, languorem, libidinem, disciplinam hostes. Tres testes cogitationem, memoriam, mentem, intellige. Literariae Reip. augures Theologi: si significat celestium, ac diuinarum rerum inspectores. Aruspices Philosophos naturae interpretes, uates poetas futura canentes, qui omnes ad uirtutes inuentum auctoritatem adhortantur. Epimelia diligentiam Sophrosine temperantiam significat, quare ritus literarij cultoribus sunt appropinque necessariae.

fines me confero, ei bellum indiciturus: prope enim astat una cum Gastrophilo, Rathimeo, Lemargo, Agnoeo, Hypnophilo, Anandro, Paretonio, Epithimeo eius fortissimis ducibus, qui antea Reip. nostrae, populoque Literario maximam cladem intulere. Caedes, incendia, rapinas, agrorum deuastationes, atque adeo peiora, grauioraque; quod Dii omen auertant) assidue minatur. Id uero cauendum est. Ducit fecum consceleratorum, ac perditorum militum incredibiles copias immanitate insignes, firmisissimis armis instructas, atque munitas. Quasi propius accesserit, nemini dubium est, quin Respublica labefactata multa perderet & ornamenta dignitatis, et praesidia stabilitatis iug. Amazones quondam ex Scythia profectae non tanta calamitate Asiae prouinciam affecisse dicuntur; non rapaces Harpyiae Phinei mensam tam misere foedarunt non Scylla, atque Charibdis immania monstra timidis nautis tot naufragia peperere; non Cyclopes immanissimi, non Circe, Vlyssis socios tot incommodis fatigarunt, quot immania, grauiaque mala ex ferocissimis hisce hostibus timenda sunt nobis, aduersus quos nunc uirtute, assiduitate, ac consilio decertandum est. Omnes animi uires excitandae sunt nobis. omnia arma expedienda. Maxima enim Literarij populi laus erit, ex omni impetu hostium, atque adeo ex bello, ore, ac faucibus Remp. liberasse. Magna haec erunt trophaea, magna monumenta, magni triumphi. Quod igitur Populi Idonaei, & Gastrophili, hominesque prisca eorum regni aduersus Literariae Reip. populum fecerunt, deliquerunt; Quod populus literarius bellum cum Idonaeo, eiusque ducibus iussit esse, Senatusque populi Literarij censuit, consensit, consciuit, ut bellum cum Idoneo fieret, ob eam rem ego, popululque Literarius Apollinis ducis auctoritate intercedente populis priscorum Idonaei ducum, eiusque ciuibus bellum indico, facioque. Indicio sit praestata haec haec, quam tribus testibus astantibus in eorum sinibus iacio, itaque iacio, ut cum ipsis nullo unquam tempore foedus, aut pax ulla sit componenda. Ita statutum, sancitumque sit. Augures de caelo seruantes signis, & auspicijs omnia prospera nobis denunciant. Haruspices, Ariolique obseruatione diurna uictimarum extis accurate inspectis, certam, felicemque, uictoriam pollicentur. Coniectores denique omnes, uatesque caeteri, qui futura prauident, si bellum cum eiusmodi hoste geratur, maximum futurum esse Literariae Reip. Imperium praedictum, atque confirmant. Prodigia praeterea, uariaque portenta, quae in hostium sinibus uisa sunt, ipsis multa minantur grauiam. Quamobrem iam confirmata pace cum Epimelia, & Sophrosine foederatis ciuitatibus, omnibusque rebus ad expeditionem comparatis, nihil reliquum est, nisi ut apertis belli portis, peractisque de profligandam educantur; Nihil non audendum Apolline auspice, atque duce.

IOAN.

IOAN. BAP. RANALDI DIALOGVS PRIMVS
DEDVCIS OFFICIO ET MILITVM DELECTV

IOAN. ANT. CARACCIOLVS. MARINI. F. BVCCLANICI
REGVLVS PRAEF. LEGIONIS.

IOAN. BAP. CARACCIOLVS ASCANII F. TRIBVNVS MIL.



AM Diis iuuantibus literarium ac men maximo procedit apparatus; Nam ubi primum ex summa arce signum SPQL efferri iussit, et cum primum tubarum, ac lituorum permixtus sonitus coepit auribus obstrere, permulti ultrò celeritate ingenti nomina dedere, nulloque militiam detrectante iuramento de more adacti sunt, non prius ex ea esse decessuros, quam hostem penitus profligarint. Commectus abundè suppetit: Milites ipsi minaces, uirtute freti, uiribus praestantes, bellandi cupidi, & ad uitandam Remp. prompti, atque alacres iam dudum palmas, triumphosque meditantur. TRIB. Placet mihi militum delectus: placet comineatus, totus denique apparatus. Eo enim instructiorem, ac firmiorem neque Græcos, neque Romanos, neque Barbaros unquam habuisse credo: sed nihil me magis oblectat, quam alacritas illa, et animorum promptitudo, quam milites praefereunt ad omnia belli munera obeunda. Ex hac re in spem venio nihil talibus uiris arduum existerè posse. PRAEFECTVS. Quid legiones? an non firmisimae tibi uidentur, omnibusque rebus ad belli usum necessarijs quam optimè instructae? Quid turmae ex praestantissimis equitibus delectae? TRI BVVNVS. Haec uerò legiones appellandae sunt: Nostri enim à militum delectu eiusmodi uocem ortum duxisse, quod qui ad magnas res gerendas mittuntur, accurate sunt deligendi; Male enim ibi res geritur, ubi facinorosi milites uersantur. Vnde si tantus militum, qui caeteris parent, habedus est delectus, quantam fas est ducum habere rationem, qui eiusmodi militibus sunt imperaturus? Quamobrem non immerito ueterum institutis sancitum fuit, ut maximis rebus gerendis singulis prudentia insignes praeponebantur, quorum consilijs ineuntis etatis inscitia regeretur, ac constitueretur.

animi alacritatem ac promptitudinem hanc indicat, quae in literarum studijs praecipua sunt.

PRAEFECTVS. At uide Senatus nostri praclarum consilium. Publicis enim rebus ad ministrandis duos praefecit uirtos admirabili sapientia praeditos IOAN. ANDREAM CVRTIVM, ET FERDINANDVM LOFFREDVM. TREVICI Regulum, quorum alter cognomine PHILARETI terrestribus praefectis copijs, alter cognomine PHILOTTIMI nauitimis res administraret. Censen quidquam commodius contingere, nobis potuisse, quam eiusmodi uiros tam bene de nostra Reip. sentientes? TRIBVNVS. Sapienter Senatum Reip. semper consuluisse scio. At modo sapientissime prospexisse iudico, cum tales uiros maximis rebus gerendis praefecerit. Sunt enim in utroque omnia, quae in optimo Imperatore esse debent. Excute primum PHILARETI partes. Nemo enim est, qui eius maximarum rerum scientiam, uirtutem, auctoritatem, felicitatem non admiretur. Deinde singulari eius eruditio ingenijs artibus, ac disciplinis instructa, uaria quoque, & diuersa causarum genera ab eo non solum sapienter tractata, sed etià integre iudicata nullam rem esse declarant in usu publico positam, quae tantum uirtutem effugere possit. Adde eius labores in negotijs, fortitudinem in periculis, industriam in agendo, celeritatem in conficiendo, consilium in prouidendo. Nullus enim dies est, quin adsit amicis, quin primus in Senatum ueniat, quin res praeclearas diu, multumque cogitatas afferat, quin ius suum optime, cuique distribuat. PRAEFEC. Mirum igitur uideri non debet, quod tanta polleat auctoritate, quod tanta felicitate fruatur. Nam qui consilio prouidere non ignorauerit, et uirtute exequi, eum & maxima auctoritate praeditum esse oportet, & fortuna prospera, atque

Non omnes ad disciplinas admittendos esse, sed qui acrimonia praediti sunt, haec indicant.

Nomina efficta sunt à uirtutibus, & honoris studio.

æquabili semper frui. TRIBUNVS. Quid singulare huius uiri mansuetudinem referam? Quid inusitatam, inauditamq; clementiam? Quid mirum in summa potestate rerum omnium modum? Quid incredibile deniq; ac penè diuinam sapientiã? Non legisti apud Xenophontem, Imperatorem & præparandi ea, quæ ad bellum conferant, & ad uictum militibus necessaria prospiciendi, machinandi, & agendi peritum esse debere? Adhæc diligentem, corpore patientem, prudentem, mitem, simplicem, cautum, liberalem, donandi potius, quàm habendi amatorem? Has partes vix singulas in alijs reperire licet; at in hoc vno summæ sunt omnes. PRAEFECTVS. Nemo inficiã ibit hæc, & multo maiora in eiusmodi viro existere. Quare summum rerum opificem rogare semper oportet, ut eum seruet Reip. nostræ, quàm nemini dubium est, tandiu rectè habituram, quoad tanti uiri consilij regeatur. Habet enim aduersus hostes audaciam, erga subditos beneuolentiam, in oportunitate rationem, & consilium; quæ tria Agesilaus in optimo duce requirebat. Sed quid de PHILLOTIMO dicendum? An non in hoc principe sunt omnes egregiæ uirtutes? Multa in ipso præclara video, sed nihil admirabilius, quàm grauitatem insigni comitate conditam. Quanta pollet eloquentia; quanta notitia antiquitatis; quanta orationis suauitate? In eius vultu omnes Charites, omnes Veneres choreas agere credas, cum loquentem audias. Quanta eruditione præditus est. Quanta memoria non domestica solum, sed etiam externa bella recensere solet; neque aliena solum, sed etiam sua. Quas urbium expugnationes; quas pedestres, naualesque pugnas; quas à se partas uictorias; quos actos triumphos. TRIB. Iure igitur si quid serui contingit, quodque Reip. maxime interest, præcipue ad huius uiri consilia confugiendum esse censent. Quis enim eo melius prospicere potest, quis acutius videre, si quid agendum est? An non sciimus omnes, quàm fir in parando comiteatu expeditus, in militum delectu quàm prudens; in seditionibus coercendis quàm grauis; in militari disciplina seruanda quàm seuerus, in acie ordinanda quàm peritus, in præliis committendis quàm fortis; in tolerandis laboribus quàm firmus; in insidijs uel struendis, uel uitandis quàm cautus; in militibus ad pugnam incitandis quàm ardens; in victoria de hostium manu extorquenda quàm præstans; publicis deniq; in rebus omnib; administrandis quàm sapiens? Quã obrem milites nullo alio duce plus confidere, aut audere unquã uidi, tã audacitè in periculis adeundis, tã consilij in reb; arduis consiliandis adhibere solet. Audiui sæpe ex ASCANIO patre meo, quã uia cū ipso sub auspicijs CAROLIV. principis inuisitissimi militauit. Nullo labore eius corpus frangi, neq; animum uinci unquã potuisse. PRAEFECTVS. MARINVS quoque pater meus, qui plurib; in præliis eadẽ præfuit, narrare solebat, sæpe ipsum uisisse æq; ac Malsinilla, aut Annibalẽ, calorẽ frigusq; pari tolerantia sustinentẽ, potus, cibi, somniq; dum in castris agebat, parcissimum; sæpe militari sagulo opertũ humi inter custodias iacẽtẽ, primũ pugnas inire, postremũ cõserto plio excedere. Dicit nã pot, quãto cõsilio bellũ gerat, quãta benignitate militib; imperet, quãta deniq; prudentia literariæ Reip. imperiũ augeat. TRIB. Nã ab re igitur tã præclaris uiris, tãq; optime de nostra Rep. meritis S.P. Q.L. tãtã prouinciã delegauit. Nemini nã dubiã esse daret, quin hi ob maximã auctoritatẽ, peritiãq; qua polleat, bellum hoc tã periculosum, tã late diuisum, atque diffusum breui sint extincturi. PRAEF. Recte aiebat Chabrias ille. Atheniẽsiũ dux, (et si Philippo id quidã ascribãt) formidabiliorẽ esse ceruorũ exercitũ duce leone, quã leonum duce ceruo: sæpe nã ducis nomẽ adeo hostib; formidabile existit, ut eius expectatione, aut aduentu atrox bellũ soleat terminari. Sed nos gloriari possumus, non solum duces, sed et milites habere leones. Neq; nã nũc hic locum habet aut Cæsaris illud. Eo ad ducẽ sine exercitu, neq; illud Epaminudiã, qui magno, & egregio conspecto exercitu, sed sine duce, Bellũ absq; capite eum appellauit. Sunt enim omnes magno, elatoq; animo claris parentib; orti, ad præclara omnia optime, ac sua spõte incitati: ac in genio præditi, maximis uiribus præstantes, hostiumque profligandorum adeo cupiditate nullo

FERDIN. LOFFREDI Treuicæ Regni laudes.

Ascanius Caracollus Marinus Car. Buccelanicus, Regulus.

Chabrias apophthegma.

NEAPOLI TANI Laudantur.

ut nullus labor grauis, nulla expeditio periculosa tam præclaris militibus uideri possit. TRIB. Vera loqueris: Quis enim nõ pleno ore collet in caelũ CARAFAS Principes, quos in gente nihil illustrius nostra habet Resp. cum in ea præter ceteros duo fulgeant FERDINANDUS belli fulgura? Quis non CARACCIOLOS equites, inter quos, æque ac Lilla inter flores, eminent ANTONIVS cognomento BISSVS, IULIVS CAESAR, PASCHALLIS, & VIRGILIVS, TVMD. HIPPOLYTUS Christianæ Reip. miles magnanimus? Quis non CARDINES Labariferos, quorũ gloria non mediocri adiumento fore arbitrantur omnes D. CAROLVM Lani Dominum Principem magnanimũ; tum D. ANT. & D. BERNAR. magnæ spei adolescentes? Quid SVRGENTIOS Torquatos referam non minus rerum gestarum gloria, quàm nobilitate præstantes? In horũ illustri familia scimus omnes quanta cum laude uerletur IOAN. FRANCISCVS publica ad Venetos legatione PHILIPPI Regis mandato honestissime perfunctus: tum quanta integritate præstiterit MARIVS Senator nobilissimus, ac Lucania Regis Præfectus iustissimus. Nec minus, quos uirtutis radios extulerint ALOYSIVS, & BERNAR. Equites Hierosolymitani, qui ad Meliten, & Messanam strenue pugnantes occubuere. Militat & summa cũ gloria FABIVS Centurio primipilus, Sed omnium fortissime MVTIVS, & M. ANT. humani diuiniqu; iuris peritissimi, quorum singulare ingenij summamq; eruditionem nostra Resp. admiratur, PRAE. Adde, quàm inter ceteros se optime quorunt PIGNATELLI. Quos flores, quorum gentẽ nõ parũ illustrant ASCANIVS, MVTIVS, & D. BASILIVS utraque militia nobilissimi. Quàm BRANCACII Celerum Tribuni, quibus non mediocri sunt ornamento TIBERIVS bellicarum rerum gloria clarus, & FABRICIVS in patrocinijs exercendis admirabili fide, & uigilantia notissimus. Quàm LOFFREDAE Alarij, PHILOTIMO ipso consule insignes. Quàm PISCICELLI Vigulum præfecti: Quàm BOZZVTI celeres: Quàm BVCCAPLANVLAE castrorum præfecti: Quàm DETICES Aquiliferi, Quàm BONONIAE Præfecti, inter quos miræ fulgent suauitate CAESAR, HECTOR, & ANTONINVS fratres concordissimi: Quàm ELLIMARINI Rorarij: Quàm GALLVGII Campigeni HORATIO publicis perfunctio honoribus nobiles: Quàm FRECCIAE Velites Marino Sacri Senatus præfide integerrimo, doctissimoq; insignes: Quàm GALEOTAE Prætoriani: Quàm FORMIAE Auxiliares: Quàm CAPICI Centuriones; quorum familiam non mediocriter ornant ANT. & SCIPIO Senatores dicendi suauitate clarissimi: Quàm SGONDITI Tesserarij, Quàm PROTONOBILISS. Nauarchi: Quàm BLANCHI Legionarij, quorum familia non solum hodie, sed etiam quondam in Hispania apud illius prouinciæ reges magnopere floruit. Sed quis non uidet, quot fruuntur honoribus CVRTII Triarii fortissimi PHILARETO Consule insignes, ob singulares animi dotes, & ob sedulam in publicis rebus administrandis operam. Hos nemo est, qui non cum Maximis, & cũ Catonibus conferendos putet. TRIB. Sunt omnes extra omnẽ aleam magnanimi. Præmittendi tamen nõ sunt ROTAE Legati, & præsertim BERNARDINVS ille uir plurimis, & ingenij, & industria laudibus, clarissimus, qui tum poeticis, tum cæteris honestissimis artibus, adeo eminet, ut facile summis ætatis nostræ uiris omnium iudicio sit antepõendus. His accedunt AQVINI Equitũ magistri SVARDI Cornicularij, STROZZAE Itatorum præfecti, CAPPAS ANCTAE Vexillares: RVBEI Hastrati, SCOCRATI Ru. diarij, QVADRAN. Legionis præfecti, ALOA Exploratores. MINADOI Alæ præfecti, THOMAS Senator honestissimo geniti, MAURI Cataphracti, MARCELLO Eisci regij patrono integerrimo nobiles: LANFRANCHI Præcursorẽs; PECTII Clibanarij: CAMPANILES Metatores: ALTIMARI Candidati THOMAS Senatore, & DONATO ANT. uiro clariss. orti ANGRISANI Feretarij. PRISCI Vigiles: SAMMARCHI Decuriones, ALBINI Excursores: CORTESI Signiferi. LEPORES Cõtubernales compluresq; alij, quos si recensere uoluerimus. Ante diem clauso componet Vesper Olympo, ut ait Poeta. Gloriarĩ uere nostra Resp. pot, cũ tales, tantosque milites habeat. Sunt omnes uiri egregij, neq; solũ corporeis dotib; præditi membris ro

busti, quales Marius milites requirebar, sed etiam animis prestates in obeundis periculis audaces, quales Achille, Diomedes, Aiacus, Teucrum Homerus effinxit. Denique magnae virtutis uirtusque; parcissimi, ac bellicosissimi, quales Belgae, Neruij, ac Sueni describuntur à Caesare. Adhuc omnia fortitudinis uestigia, quae Romana Respublica in suis militibus requirebat, in ipsis inesse uideo. Probabat enim milites uigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris musculosis, ualidis digitis, longioribus brachijs, uentribus modicis, exilibus cruribus, suris, & pedibus non nimia carne obductis, PRAEF. Animaduerti iam, eaque ex re maxima afficior lætitia, omnia eiusmodi signa, ac munera in nostris militibus fulgere. Sed illa me magis exhilarant, quae in ipsis uideo praecipua, singularis morum probitas, ardens patriae charitas, summa in Deum pietas, magna animi elatio, assiduus labor, incredibilis laudis, & gloriae cupiditas, quae ubi desunt migrat militia in illam Pandore pyxide omni malorum genere referta. TRIB. Adde quælo & illud, quod ipse semper maximum duxi. Quam admirabilis est beneuolentia, & obseruantia, qua duces suos prosequuntur: Equidem sic statuo, nihil magis adolecenti conuenire, quam ducem suum uenerari, obseruare, & colere, à quo sit eruditior, & melior, eumque parentis loco habere. Sic praecipiti, & imperanti maior adhibetur animus: Neque unquam recusabit, nunquam defatigabitur hilari animo in optimis artibus quo ad poterit iuuentutem erudire, & quaecumque per se inuenerit, aut ab alijs didicerit, eis libentissime impertire. Ut enim optimi adolecentes senum praecipitis gaudent, in eorumque consilijs acquiescunt, quibus ad gloriam ducuntur: sic sapientes senes adolecentibus bona indole praedictis delectantur, leuiusque senectutis molestias ferunt, cum à iuuentute coluntur, & diliguntur. PRAEF. tales decet esse, qui in militum numerum ascisci uolunt, talesque dux ipse sibi adiungere, & muneribus, & promissis conari debet: Neque enim refert, quam multos habeat imperator, sed quam bonos, quam fortes, quam magnanimos, quam religionis cultores, quam suis mandatis obsequentes: Quare non possum non magnopere admirabilem Romanorum in deligendis militibus solertiam probare. Non enim omnes in militarem disciplinam admittunt: seruos, libertos, libertinos, selluarios, capite censos, histriones, ualeudinarios, ceterosque; aliquot corporis membris mutilatos nullum locum in Romana militia habuisse legimus, nisi urgente necessitate, & dubijs in rebus; ut bello Punico secundo cum viii. millia iuuenum ualidiorum ex seruitijs empta publice armata fuisse scribit Livius. Ingenuis tantum, ac iunioribus utebantur, nam ceteros in calonum, & laxarum numero habebant. TRIB. Illud quoque magnae prudentiae fuisse arbitror, ex temperatis regionibus milites deligere: obseruauerunt enim in his abunde robur, & consilium superpetere. Nam qui frigidas incolunt, sanguinis copia referti temeritate potius, quam consilio ducuntur, qui uero calidas, etsi consilio abundant, uiribus tamen destituti, & ob sanguinis inopiam ad bella gerenda inepti habentur. Et non legisti Romanam militiam rusticis laboribus assuetos potius probasse; quam Urbanos delicias affluentes? PRAEF. Non immerito. Nemini enim dubium est, quin illorum corpora sub dio assuetata solis, famis, frigoris, pulueris patientia ponderibus portandis fossis excauandis, castrisque muniendis, laboribus sustinendis, aliisque operibus, quae militia afferunt, magis idonea sint, quam quae urbanis delicijs distillant, atque emollita sunt. Exemplo est Quinarius, cui tiranti in agro constat delatram fuisse dictaturam. Regulam quoque legimus per litteras a Senatu dimissionem petiisse, cum aduersus Cartaginenses bella gereret, ut suum agellum colere possit. Quare Romanum militem, & bellatorem, & agricolam fuisse censendum est. TRIB. His de causis factum esse puto, ut Senatus uiatores haberet, per quos ex agris euocaret patricios illos uiros clarissimos, qui in agris uitam agebant, & qui cum agriculturae apprime studiosi essent, inde cognomina sibi plerique assumpserunt. Nostri enim Fabios, Lentulos, Pisones, Quilios, Stolonos, Bouillos, Porcios, ceterosque; permultos, quorum meminere historiae. PRAEF. Illud quoque scio, apud optimas quasque Respublicas uenationibus assuetos heroes magno in honore fuisse. TRIBVNVS. Idem ita est gloriari nobis

Litterarum cultores quibus doctibus praediti esse debent.

Nota obseruantia, & beneuolentia qua oportet magistratos prosequi.

Habendum esse delictum eorum qui litteris imbuuntur.

Delicias affluentes disciplinis percipientis plerique inepti exsultant.

nobis licet in magnorum militum numero esse, qui uenandi studio adeo praestamus, ut nemini concedamus. Sed illud abs te scire expeto, cur tanti uenatores apud praescos habitus sint? PRAEFECTVS. Dicam. Qui in militia uersatur, & praesertim qui exercitui praesert, eum naturae locorum peritum esse decet, ut illis pro tempore cognitis & adstruendas, & ad uitandas insidias uiri possit. At loca uenatore quis melius nouit? Is enim ferè uitam in siluis exigit in nemoribus, in uallibus, in saltibus; nunc adit flumina, lacus, paludes. nunc rupes lustrat, & colles: nullus dies est, quin bella gerat cum capreis, cum ceruis, cum apris, parat sibi uenaticos canes, quos in insidijs esse tanquam fortes milites docet, nullis denique frangitur laboribus, quos & tenerae coniugis immemor noctu, diuque sustinet. Sentio id ipse, qui in uenatione sum assiduus, quam ad rem maximo mihi sunt incitamento proxima nemora ceruis, capreis, aprisque; referta. Quamobrem quid aliud uenationem esse statues, nisi belli simulacrum? Re- & Cyrus (ut est apud Xenophontem) cum Armeniorum rege praesertium inuitus ut milites suos ad pugnam redderet alacriores, eos monuit, certamen illud, quod cum hoste futurum erat, nihil aliud esse, quam uenationem unam ex illis, quibus secum solebant adesse. TRIB. Nunc uenit in mentem poetas non aliam ob causam finxisse claros uiros in siluis & ortos, & educatos esse, atque ex ijs quosdam ferarum lac fuisse, & ferinis carnibus, medullisque; sustentatos; nisi quia uenatio eos robustos reddit, & ad belli munera obeunda quam aptissimos. Quamobrem licet ipse uenandi studio in primis delecter, accendisti animum, ut eò magis in uenando sum assiduus, quò melior miles euadam. PRAEF. Erit hoc studium magno tibi honori, ut & plerisque, ac ferè omnibus nostris commilitonibus, qui in uenando assidui sunt. Neque enim dies est, quo Platonis amoenas siluas, & densa Aristotelis nemora, tum Ciceronis & Demosthenis floridos ac latos campos, denique Vergilij, & Horatii apricos non lustrent colles, in quibus omne ferarum, auiumque, genus latitat. En MARIVS CVRTIVS, En HIPPOLYTVS Caracchius uenatores praestantissimi, En FRANCISCVS & CAMILLVS CVRTII Quos ceteri fratres sequuntur, quam ex magnis uenationibus onusti urbem ingrediuntur. Accedamus ut quae afferunt, impertiri possimus.

Quos auctores litterarum studiosi primis colere debent.

DIALOGVS II DE AGMINIS PROGRESSV.

OCTAVIUS SAMMARCVS ANTECVRSOR FRANCISCVS ALTIMARVS STRATORVM PRAEFECTVS. ANALPHABETVS AVCEPS.



NIMADVERTISTI, quam belle effulsit acies nostra nouis armorum insignibus, dum gentem omnem suam instructo agmine paludatus Cos. PHILARETVS XII. fascibus stipatus recensuit: Et quam nitida, quam uisui grata uisa est modò, dum ordinatam ex urbe apertis portis egressa est. Quam fulget, unaque; cõsentit duplex illa scutorum species, quorum altera auro, altera argento tecta interdum sole lacesita intuentium oculos praestringunt: Galearum quoque; illarum, quae ad terrorem hostium urfinis pellibus tectae sunt, cristarumque uersicolorum aspectus quanta admiratione omnes afficit. Nam in utrisque & terror, & dignitas simul inesse uidentur. Quamobrem affirmare licet; nunquam exercitum neque numero maiorem, neque clariorum fama, neque uiribus firmiterem per urbem incesisse. PSTRATOR. Etenim aequè oculis gratus est nostrarum copiarum aspectus, atque illarum, quas pridie Philotimus ad maritimum duxit bellum: uerum si quid ea de re ipse sentiam, scire expetis, dicam. Placet

ANTEC

mibi scutorum ceterorumq; armorum figura potius, quam species. ANTEC. Quid ita? STRATOR. Quia & si scuti forma latior tegendis humeris, ac pectori aptissima est; loticæ quoque, & ocreæ licet optime corporibus conveniant, galearum quoque & cristarum splendor licet sit iucundissimus; earum tamen speciem non probo. Insignia enim arma, vestesque; pretiosæ incitamento sunt hostibus ad prædam. Equidem scriptum inuenio, horridum militem esse debere, non cælatum auro, argentoque, sed ferro, animisque munitum. ANTECVR. Itamo pretiosa arma maiorem iis, quorum ea sunt, animum adhibent; Nam dum uerentur ne illis potiatur hostes, potitque magis gloriantur, acrius pugnant. Et non legisti apud Liuium Romanos argenteis phaleris usos esse, & apud Plutarchum Bruti milites in Philippis multo auro, atque argento insignes militasse. P. STRATOR. Sed cur parvis illis puris, in quibus nihil est effectum, plærique uruntur, & cur duplicibus? ANT. Cum duplex eorum factio sit, Patrioriam una, nobilior: uerò ciuili altera, eâ ob causam alii aurea, alii argentea gerunt insignia. In scutis nihil exterius expictum habent Romanorum exemplo: interius tantum nomina inscribere; nã plerique oēs ferè tyrones sunt, cæque nihil plari, nihil memoria dignum præstiterint, nihil habent, quod digne in illis exculpere possint. ferunt tantum signa illa, quæ uocant digmata, quibus in tumultu prælii contubernales dignosci inter se valeant. Sed eos adeo animatos uideo, ut non dubitem, quamprimum in illis præclarissima gesta esse exculpturos. Ducuntur duabus rebus, quarum una ad præclara opera animos eorum adhortatur, altera à turpibus auocat, amore, scilicet, & pudore, quæ naturæ instrumenta præcipua quicumque sibi proponit, nemini dubium est, quin is ad maximum dignitatis gradum breuifit peruenit. Quibus de causis tales eos futuros arbitror, ut eorum neminem ducem spernere sit egregius quibuslibet temporibus Senatus. Ne te ergo chlamydeum species moueat; in mente, animoque complectere, quæ in eorum pectoribus uirtutes lateant, non quæ insignia foris effulgeant. Nam qui ex optimis fortissimisque parentibus orti sunt, eos necesse est magnanimitate, ac fortitudine cæteris præstare. P. STRATOR. Non id me solum consolatur, fortes enim creantur fortibus, estque in natis patrum uirtus: sed quod omnes tam Velites & Ferentarii, quæ Scutati, & Clibanarii milites optime suis telis, armisque muniti sunt. Habent imprimis Funditores suas fundas, quibus plumbeas glandes, lapideasque longissime iaculantur. Tendant Sagittarum firmos arcus, pbaretraque humeris gestant sagittis onustas. Ad sunt & Iaculatores suis instructi iaculis, quæ tanta arte conficta sunt, ut ad hostes intorta nullo illis usui esse possint, cum ferrum ubi infixum est, flectatur, inutileque reddatur. Habent & pila firmissima Pilani, quibus hostilem impetum sustineant. Sic suas hastas hastati, & sua spicula spiculatores, optime autem septi sunt reliqui cataphractis, loriceis, cassidibus, pedibusque scutati præter cataphractas, & galeas, ferreas quoque; habent ocreas itemque Equites suis lanceis, tragulisque, ac contis muniti sunt, clauas cum scutis, ternaque iacula gerentes. ANT. Habemus ergo utrumque; & bene cordatos milites, & optime armis instructos. Quamobrem nullus metus nostra poterit unquam pectora commouere. Ipseque in ea tum sententia, tot, tantisque militibus in nostro exercitu uersantibus, flocci faciendos esse hostes, & si totidem Briarei, ac Cyclopes existerent. Nihil enim cum fortissimis nostris militibus sunt conferendi, qui tot Bellotrophos, tot Hercules, tot Argonautas, tot Achilles uidentur referre. P. STRATOR. Immo audio hostes esse ferocissimos, horribili in pugna aspectu, Cyclopius ipsis immaniores, firmissimis armis instructos, multitudine innumera biles, animis fidentel, eisque præesse Idoneum, & Gastrophilum duces fortissimos, magnitudine corporum insignes, quibus nostrorum militum breuitas contemptui est, & quibus cum ne Hercules ipse cõgredi auderet. Equidem sic arbitror, proceram hostium corpora, uasta, quibus teguntur scuta, prælongos gladios, horribiles inuentium prælium clamores, armorum crepitus, tubarum, & classicorum sonitus, cæteraque ad terrorem apte composita maximum cæ-

teris

teris metum incutere posse, ac firmissimi cuiusque animum, uirtutemque commouere. ANTE. Aniles credas fabulas, ac Panicos terrores. Nostris illorum terrores nota sunt, scis enim rerum bellicarum peritiam omnia pericula, quæ in expertis maxima uideri solent, facile contemnere, ac minoris existimare. Nemo nostrorum militum est, qui non optime calleat, eos primo congressu ferocissimos uideri, leones, in recessu uerò timidissimos lepores, aut fugaces capreas re ipsa existere. Nam ut ad bella suscipienda illorum alacer, ac promptus est animus, sic mollis, ac minime resistent ad calamitates perferendas eorum mens est. Iam usum antea à nostris maioribus cognitum est, quod & FABRITIUS pater meus me docuit, qui pro nostra Rep. antea fortissime militauit, cui neque unquam consilio, & opera prodesse defatigatur. Si primum impetum, quem ferendo ingenio, & cæca ira effundunt, sustinueris, fluere sudore, & lassitudine mēbra. Quod mali & Gallis contingere solere notauit Liuius, armaque de manibus decidere, Nã mollia corpora, mollesque animos, cum primum ira resedit, quæ eos accendebat, Sol, puluis, sitis facile, breuique prosterunt. Illud quoque sæpe audiui, timidis ac cedentibus eos seuerissime dominari, fortes uerò, ac insequentes uix sustinere, immo animis fractos ocys uentis diffugere. STRATOR. Quidquid sit, præstare tamen existimarem, Philaretum Consulē, ut qui præstantium ducum exempla non ignorat, illud Marii factum imitari. Is enim milites conspicatus animo fracto esse, quod audierant Theutones, qui Italiae uastitatem minabantur, homines esse agrestes, immani corporum proceritate facie monstris adsimiles, belluina uoce terribiles, iussit eos ad illorum vallum accedere, formasque intueri, ac uocibus assuescere. Ita effecit, ut ipsi omni abiecta formidine Marium hortarentur, ut in prælium educerentur: quo facto immanes illos hostes ad unum fere trucidarunt. ANTECVR. Eiusmodi institutione nihil est opus. Præstantibus enim animis nihil formidabile, nihil terribile uideri potest. Ducuntur præterea à Centuriis, & à Tribunis peritissimis, sub quorum tutela, ac consilio felicissime omnia euentura esse putandum est. Vides xxiiii. Tribunos præstantissimos nostris præesse legionibus, ut apud Romanos in usu fuisse comperimus, atque ex his primum xiiii. electos esse, qui annua stipendia quinque fecere. x uerò ex iis, qui x. Equites quatuor, pedites sex eisdem legione in singulas legiones quadrariam esse diuisos, atque è iunioribus quatuor primum electos primæ legionis, tres proximos secundæ, quatuor sequentes tertie, tres postremos quartæ imperare. Deinde ex decem maioribus duos primos primæ legionis, tres secundos secundæ, duos proximos tertie, tres ultimos quartæ, præpositos esse. In gradibus quoque (uide quanta prudentia digesta sunt omnia) licet eundem Romanorum ordinem spectare: Pater miles Ceturionis, Centurio Tribuno, Tribuno Præfecto castrorum, Præfectus Legato, Legatus Consuli. P. STRATOR. Optimum quidem hoc ubi enim ordo non adest, & ubi parium, aut minorum, aut maiorum nulla habetur ratio; ibi non recte uiuitur. ANTECVSOR. Illud quoque Romanum est, exercitum in quatuor legiones esse distributum, legiones uerò singulas in cohortes denas, cohortes in centurias denas, centurias in totidem contubernia. Adhuc Decuriam ex denis constare equitibus, eique præesse Decurionem; Turmam ex xxx. equitibus, quæ tres decurias, totidemque continet decuriones; eique tribunum imperare. omnibus uerò equitibus Præfectum Equitum. P. STRATOR. Sed eam me res dubium tenet, nam nostræ legiones Romanas numero uidentur excedere. Audiui enim singulas terna militum milia non excessisse. ANTECVR. Verum hoc fuit Romulo imperante. Nam cum eo tempore in tres Tribus Roma esset distributa, Tacienfium scilicet, Ramnium, ac Lucerum, tria millia legionem habuisse constat. Millenos enim milites singulæ tribus dabant, unde & militum, & Tribunorum nomina fluxere. Atque ex tribus peditum legionibus, tres turmas equitum scripsisse Romulum inuenio, quas centurias appellauit. Variata postea fuit legio pro temporum ratione: unde apud Liuium inuenimus interdum fuisse quaternum millium, & ducetorum militum, quæ quadrata dicta fuit, deinde ad quina peditum

Sunt igniculi & femina illa natura, quibus uerorum inuolens cognosci solet

Amor et Pudor sunt duo præcipua; natura instrumenta, quorum alteri ad honesta adhoratur, alteri à turpibus auocat

Sunt hi Grammatici, Rhetores, Dialectici, cæteri que literarum cultores, quos suis libris tanquam armis munitos esse oportet.

Voluptatis, & Gula magis esse uires nemo est, qui nesciat.

Fabritius Sæmarcus.

poritissimos esse oportet magistrum qui alios in bonis artibus erudiat.

Sum in disceptationibus gradus quarum præstantia alteri parat

peditum millia, & trecentos equites peruenisse. Idem videre licet apud Polybium, & Cæsarem, sed cum numerum de cuius intelligere oportet. Nam eundem auxilia aequabant, quæ ex Sociorum urbibus adiungebantur. Festus verò testatur: C. Marium primum legionem sex millium conscripisse, quod non senatus decreto, sed Imperatoris consilio factum fuisse scribit Sallustius. Quamobrem ne mirere, si hunc numerum legiones nostras explere vides. Contemplare quoque ordinis rationem, quam apte cum Romanorum militum progressu consentiat. Nam præmissis Equitatu inter legiones ipsas impedimenta collocata iter faciunt, duabus præcedentibus, totidemque subsequen- tibus, quod seruandum præcipiunt, cum instat hostis à fronte: nam si subsequeretur, mutari uolunt ordinis rationem, impedimenta præcedere, mox totum agmen subsequi; equitatum uerò legiones tum sequi, tum à lateribus tueri. P. STRATOR. Magna igitur laus Philareto tribuenda est, cuius consilio hæc omnia tam prudenter, tam ordinate perficiuntur. ANTEC. Immo maxima: quod ex hac re cuique exploratum esse potest. Is enim (ut qui rerum omnium peritia plurimum præstat) imperauit, ut quadrato agmine procedat exercitus, ne de improviso hostium incursioni pateat. atque ut quisque suo pateat Centurioni, & Tribuno si qua forte pugna repente cum hoste sit in- eunda. Illud quoque magni consilii est, Equites aliquos semper præmittere, qui dilige- ter explorent regiones illas, per quas agmen progreditur, ut tutò iter facere possit. Ex- plorare enim oportet quæ siluæ, quæ nemora, quæ ualles, uel flumina intercedant, ne qui in insidiis lateant, & ne ignoretur, qua uia commodius exercitus duci possit. Aus- sit quoque & colonorum magnam haberi rationem, dum per amicorum fines incedit exercitus, ne cui inferatur injuria, contra hostium agros latissime vastari, ut in frugum penuria, animum quoque abiciant, tum ne quid hostile à tergo relinquatur, ne si re- gredi opus esset, in medio deprehensus poenas lueret. Maximi certe ducis hæc sunt omnia: sed properare nos oportet, ut nostro satis muneri faciamus. Scis enim nos ea de causa præmissos esse, ut tu castris idoneum locum inuenias, cuius rei gratia te Antecursorem appellant, ipse uerò uias dispicias, apparemq; ut commodè exerci- tus duci possit, ne qua nemora, siluæ, aut tesqua eum remorentur. Vereor magnope- re ne dum eiusmodi sermonibus delectamur, nos milites consequantur. Heus vos æqua- te turulum istum, ut impedimenta facile traducantur. ANTEC. Non tam cito: ut ar- bitraris, nos consequentur milites, incedunt adeo onusti, ut mulos Marianos videantur referre. STRATOR. Immo mihi uidentur Arabici dromades, tam expedite incedunt. Idque agunt, ut Consulis mandato obtemperent. Is enim iussit ne simplici utan- tur gradu, sed pleno. ita enim inquit, Romanum agmen aduersus hostes consueuissè iter- facere, & nunc ita opus esse, ut maximis itineribus ad hostium castra contendatur. Sed- nescios an ita onusti incedebant milites illi, ut nostri, qui omnia humeris coguntur gesta- re. ANTEC. Nihil minus: legi enim apud bonos auctores legionarium militem con- sueuissè ferre non solum arma, & uallum, sed etiam dimidiati mensis, interdum integri cibaria, & si quid ad usum uoluisset. id est ad LX. libras. quod onus non immerito inui- stum fascem appellat poeta. Eundemque adeo portandis armis assuerum fuisse inuenio: ut scutum, gladium, & galeam in onere non plus habuerit, quam humeros, lacertos, & manus. Vnde cum usus ueniebat, abiectis oneribus, armis instructum tanquam mem-bris prælium inijsse. P. STRATOR; Hinc conicere licet, quanta sit vis consuetudinis. Nihil enim est, quod assidua meditatio non reddat facillimum. Verum illi Romani milites ita assueti, atque instructi etiam sub iniusto falce iter facere poterat. At nostro- rum, qui magna ex parte tyrones sunt, neque portandis oneribus assueti, esset aliqua ha- benda ratio. ANT. Sunt iuuenes robustissimi: nam dum heri ambulatum ducti sunt: ocyores capreis immentum iter confecere. Id optime antea cauerat nostra Respublica: publice eos optimis magistris non humili genere natis erudiendos tradiderit. Cæsaris exemplum secuta. Is enim tyrones equitibus, & Senatoribus in militari arte præcipuis

domi

domi instruendos tradere solebat. Plurimum enim refert, à quibus adolescentuli eru- diantur. Nā à teneris assuescere multum est, & nosti illud, quo semel est imbuta recēs, seruat odorem testa diu. Præclare quoque Aristoteles puerorum animos uino, & oleo comparauit. Nam, ut hi liquores eorum rerum, quibus prope adhaerent, odore infi- ciuntur, sic puerorum animi facile eorum similes euadunt, quibus cum aliud uerlan- tur. Id optime cauissè Philareto scimus, qui tyrones suos uel peritissimis centurio- nibus erudiendos tradidit, uel Pauli Aemilii exemplo domi tuæ in omnium optima- rum artium studiis exercendos diligentissime curauit. Itaque uel ob hanc causam sum- mis est dignus honoribus. P. STRATOR. Sapienter quidem: Nihil enim melius fe- ri posse arbitror, quam filium sub patris disciplina uersari, optimus ille, ac fidissimus magister est. Et quod plurimum refert, amore ducitur, qui nunquam deficit: nam ina- liis ita uehemens haud esse potest, ut in patre. Exemplo sunt Consules ipsi: Nam ut sub PHILOTIMI disciplina eruditi sunt CICCVS, & CAROLVS qui à pa- rentis senis latere nunquam discedentes adeo bellicis in rebus profecere, adeo in libera- libus disciplinis præstant, ut priscis, & summis ducibus iure anteposendos censeas. Sic sub PHILARETI doctrina MARIVS, FRANCISCVS, ceterique optimi liberi adeo omni uirtutum genere imbuti sunt, ut per paucos ipsis inuenias pares. ANT. Hof tam- præstantes uero ceteri parates imitari debent. Neque enim uideo quæ res maiori pa- rentibus curæ esse debet, quam filio quàm optimo reddere. Decet enim eos, qui publi- cis rebus sunt præponendi, uel qui ad magnas rei gerendas educantur assiduis in labori- bus, uariisque in studiis exerceri, ut cum usus postulat, solem pati, ac puluerem, onera portare, sub dio jacere, rusticis cibis uelci, ceteraque militaria munera obire facile pos- sint. Nam dici non potest, quanti sit exercitationis uirtus. Sed properemus; arbitror, non nostros tyrones uel flumen traiecisse, uel modò traicere, quod nos paulo ante trana- uimus. ANT. Morabitur eos aliquantulum hæc fluminis traiectione, est enim difficili trā- situ, ripisque præruptis. P. STRATOR. Nihil quidem tanto ingenio, & perspicaci est Philaretus noster, totque scaphas machinasque ducit ad fluminum traiectionem pertinentes, ut etiam Cæsaris inuenta exsuperet. ANTEC. Perpendisti ne unquam pō- tis illam admirabilem structuram, qua Cæsar in fumine Rheno latissimo, atque altissi- mo traiciendo usus est; ipse, quidem uix eam percipere uideo: multa enim in ea re me- dubium tenent; neque solum tigna illa bina præacuta intermedium duorum pedum spa- tio inter se colligata, & sistula adacta, sed etiam fibulae illæ, quæ diuisæ, & in contra- riam partem ductæ arctius tigna tenebant; denique & sublicæ illæ ad inferiorem partem fluminis adactæ uim aquæ excipientes, aliaque permulta; nam uariis pontium formis constat eum usum esse in fluminum traiectione. P. STRATOR. Face sunt illæ ne- gotium aliquot architecturæ imperitis, sed eas tam bene nouere PHILOTIMVS, & PHILARETVS, ut & alias ipsi permultas suo ingenio extogitarint. Propterea om- nium disciplinarum, & Geometriæ præsertim optimum ducem peritum esse oportet; ut quomodo acies instruenda sit, quomodo machinæ parandæ, quomodo turrium, ac murorum altitudo dignosci possit, cum illis scalæ admouendæ sunt, quomodo castra po- nenda, quomodo pontes construendi, ceteraque ad bellica munera pertinentia, opti- me noscat. Quare non immerito Aristoteles Alexandro Macedoni præcepissè fertur, ut nihil unquam sine perito Geometra moliretur. Et non legisi Syraculas vnus Ar- chimedis ingenio triennio integro fuisse defensas? Ad eiusmodi disciplinam Geogra- phicæ notitia si accesserit, tum propter regionum spatia cognoscenda, tum propter iti- nerum difficultates, dici non potest, quanto id emolumento, & ornamento Imperatori esse loieat. Plurimum enim nosse interest, quæ, qualis, quantaque sit regio, quibus rebus abundet, quibus careat, quibus celi partibus subiacet, quàm salubris, quàm ferax, quàm plana, quàm aspera, quàm itineribus faciendis, uel gerendis bellis idonea sit. Et enim ui- uenator, qui siluam optime nouit, melius uenationes instruit, ita & dux locorum per- tus,

Ioan. An- dree cura in liberis edu- candis.

Flumina dif- ficili trā- situ disciplinas ef- ficemellige, in quibus per- cipendis eru- ditissimo ma- gistro est op- pus,

Encyclope- diam magi- stris in acto- rum libris ex- plicandis ne- cessariam ef- se ex his col- lige.

Geometria.

Geographia.

Disciplinarii ordinem, & gradus pete- ex catalogo gloria mudi

Diligenter ex- quire oportet liberis uirum, quæ legit.

Simplex e- rat cum quin- que uois æ- stiuis, xx. mil- lia passuum milites consi- ciebant. Ple- nus cū xxiiii

Consuetudi- nis uires.

Quibus ma- gistris Tyro- nes suo com- mittendi.

tus, & bene castra locare, & insidias struere, uel uitare non ignorabit. ANTECVR. Prudenter hæc à te dicta esse arbitror ut omnia: eaque ita esse, confirmant historiae. Nam Agamemnonis exercitus cum Myliam uelut agrum Troianum populatus esset, magna cum ignominia se in castra recipere coactus fuit. Persas quoque Salganeum monumentum ad Chalcidem reliquisse scribit Strabo, cum eam de causa iugulasset, quod existimant, ex Malea ad Euripum non recte classem direxisse. Atros etiam Pelori sepulchrum in Sicilia reliquisse scriptum inuenimus, quod ipsum iter in noralle sunt arbitrati, cum Sicilia Italia coniunctam procul aspexissent. Quin ob locorum ignorantem Xerxis exercitus naufragiis Græciæ ora referta est. Et Cambysis copiam ad Hammonis Iouis oraculum præmissæ, Libyæ arenis obrutæ sunt, cum regionis illius ingenium, & pulueris marimarum undarum instar fluctuantis mobilitatem ignorassent. Denique quid Romanis contigerit aduersus Parthos bellagerentibus ex locorum ignoratione, Crasitigides docuit. Quid eisdem aduersus Germanos, & Gallos cum intra paludes, & difficiles accessu siluas se temere cõieissent, abunde restantur historię. Quæ uero denique ante cladem affecti sint aduersus Samnites pugnares, Caudinae foveæ clarissime indicant. P. STRATOR. Nec minus & obeandem rationem quæ exercitui imperat, Astrologiæ peritum esse docet, ut siderum ortus, obitusque non ignoret, & lunæ præfertim, quæ res castris uel ea silente, uel plena mouendis plurimum confert. Quanti hoc sit, ipse met sentio, qui Geographica, & Astronomica à peritisimis doctoribus dum per aetatem licuit, auidissime percepi. Neque ad ea percipienda uehementer me adhortari unquam desistit DONATVS ANTONIVS ALTIMARVS. Pater meus, qui eiu modi disciplinis plurimum oblectabatur, ob eamque causam earum peritisimam mos uiros undique aduocabat, alliciebatque, ut in illis liberos suos optime erudirent. ANT. Noui illius uiri summum ingenium, singularemque doctrinam, cum celeberrimam eius academiam assidue adirem, ex qua tanquam ex equo Troiano peritissimi, doctissimi uiri prodire. Fuit enim urbi nostræ maximo adiumento, & ornamento, quod & eius libri, qui medicorum manibus assidue teruntur, clarissime restantur. Sed quod asseris Astrologiam Imperatori appime necessariam esse, id optime confirmauit Sulpitius, qui bello Persico milites lunæ eclipsi exanimatos aduocata concione recreasse fertur. Quod & de Pericle inueni, cum ex Piræo solueret. Sed aliud fluxit oratio nostræ, ac cogitabam. P. STRATOR. Cur ita? ANT. Scire enim abs te optabam, ut qui pontibus struendis interdum præesse soles, quem morem à veteribus Romanis in traiciendis fluminibus seruatum inuenisti. P. STRATOR. Pluribus modis eos id egisse comperio. Nam cum alta erant flumina pontibusque carentia, nauibus, aut ratibus, scaphisque simul iunctis superiectisque tabulis ea traicere consueuerit. Scaphas enim ex singulis trabibus excuatas secum ferebat carpentis Romana legio cum tabulis, & clauis ferreis. Ita absque mora constructus pons, & funibus unctus facilem expeditamque traiectionem dabat. Cum uero à aqua uolentius ferebatur, alucufque latior aderat, tunc explorato uado, magno equitum, ac iumentorum numero supra, infraque constructo, ut aqua impetus frangeretur, per medium traiciebatur exercitus, ut Caesar se fecisse scribit in Ligeris traiectione, in Gallia, & Tamesis in Britannia. Diducebatur plerumque flumen in plures alueos, ut diuisa aqua facilem transitum præberet, ut eundem Cæsarem fecisse scimus, cum Sicorem Hispaniæ fluum traiceret. Quod & Cyrum fecisse scribit Herodotus, cum Gyndem amnem, qui ex Mantienis oritur montibus & per Dardaneos in Tigrim influit, traiectionis, in trecentos, & sexaginta riuos diduxit. Interdum cupiæ tumultuario opere colligatas additis trabibus transitum dabant, Equitesque expediti fasces ex arundinibus, uel ex uua construere solebant, in quibus loricas, caeteraque arma imposita ipsi in aquis enatantes à tergo trahebant, legionarii uero super scuta armis, ac uestibus collocatis amnes traiciebant. Hinc uides natandi studium quanti à militibus faciendum sit, & à ceteris omnibus, qui in externas excurrunt oras. ANT. Hanc

ASTROLOG.

Donatusant.
Altimarus
Laudatur;

Mos traiectionis
dorum fluminum.

Natandi studium.


Hanc causam fuisse arbitror, ut Romani campum Martium, ubi iuuenes exercebantur, prope Tiberim constituisent, in quo post armorum studia sudorem, pulueremque abluerent, simulque natandi periti efficerentur. Quam peritiam Cæsari quondam appime salutare fuisse inueni in bello Alexandrino, cum ingruente hostium manu, in mare insiliit, dextraque, codicillos tenens, paludamentum ore trahens incolumis ad suos euasit. Eademque, de ratione tenendum est, cum natandi studium ad salutem plurimum conferat, Athenienses maritimis bellis occupatos si quem ut rerum omnium imperitum notare uoluissent, dicere solitos, eum nec scire neque natare, neque literas. Sed non animaduertis, dum sermones cedimus, in biuium nos uenisse, uereor ne hoc (ut quondam Herculi contigisse scribit Xenophon) diutius nos remoretur, dum ambigimus, qua via insistere oporteat. STR. Percontemur ex hoc hospite. ANT. Auceps est, & rusticus, quoad conicere possum; scis hoc mendax esse, & inurbanum hominum genus: nunquam ex eo ueritatem extorquere poterimus. STR. Quis scit, an uir bonus sit: ego non soleo homines ex facie iudicare. ANT. Ah quid ais, rusticus, & auceps uir bonus: iungentur prius gryphes equis, quam cum rustico probitas. Age sciscitemur, & si nullam ei fidem habendam censeo. Heus hospes dic quæso, est ne tibi nota uia hæc? AVCEPS. Aequae calamitas, & arctus, quos mecum semper habeo. Quid hoc omnis est, milites in auspicio occurrere: nunquam bene hodie aucupium procedet. ANT. Quid mustitas neque nos aspicias? AVCEPS. Putabam uos non esse milites; ne sitis quæso, in mora, nam diu me uos uestris nugis detineretis: optime noui, quam insolenter nobis illudere soleatis. STRA. Hic quidem arbitratu se tanquam asinum inter simias incidisse. AVCEPS. Nihil me fallitis, quid asinum simias, nunquam enim asinum cum simiis uidi neque uersari, neque canere. Neque si id uiderem, aliqua uoluptate afficerer, cum me imprimis auium captura delectet. ANT. Ah miser, quantis in malis uersaris, quanta laboras in Charybdi: AVCEPS. Carinam nullam neque uidi, neque adii, asellum libenter alcedo, quin mihi maris aspectus formidolosus est, neque pisces capto, sed aues quibuscumque assidue bellum gero, tantum mihi cum ipsis dissidium est. ANT. Et non caues, dum auiculas captas, ne in foueam aliquam decidas? AVCEPS. Foueas non horresco, eas ipse, meis ligonibus soleo excuare: uerum ea me magnopere sollicita, quæ post mortem membra hæc, & manus hæc est habitura: scio enim tunc auiculas ferio esse triumphaturas, neque stercore oppleturas. Sed finite me antequam merar, neque tempus hoc subtrahite, ut eas meo more ulcisci queam. ANT. Cur tanto odio miseras illas prosequeris, quæ nullis te affecere iniuriis? AVCEPS. Immo inmoda ex istis, mihi oriuntur cuncta: nunquam uos eas uidistis facto agmine in femina, & in maturas segetes irruentes, quam gestientes, quam latis, quam nobis illudentes. Me miserum: nisi eas aut sonitu terrerem, aut aucupando assidue imminuerem, nulla esset uita nostra: neque aliud nisi lolia, & uicias nostra haberent horrea. STRA. T. Mi auceps, id nihil ad nos. AVCEPS. Sed multum ad me, & ad filios meos. STRA. T. Sed dic quæso, utra harum uiarum ducit ad Elysium? AVCEPS. Equidem neque Elysium, neque Aphrodisium noui. ANT. Quid mirum si rusticus, & auceps terrenis inhians rebus Elysium ignorat, & urbana omnia ac uenusta. AVCEPS. Quid hoc nominis est? scio id non esse inter auium genera, quæ omnia optime noui, tam rapacium maiorum, quam minorum, tam earum que noctu, quam quæ interdum uenari solent: noui auium maiorum formas, & non rapacium, tam ferarum, quam domesticarum, tum earum quæ in aquis, aut circa aquas uictum quarant, quæ montes, quæ rupes, quæ colles, quæ ualles incolunt: quæ nam in sublime uolitant, quæ uix à terra attollantur. Neque inter minores auiculas aliqua existit, quæ me fugiat. Denique si scire expertis, earum naturas, partus, mores, nidos, colores, quarundam solertiam, & aliarum ignauiam, denique quot pennas, singula gerant, me adite magistrum. ANT. Quando

Auceps iste
typus est eorum,
qui à literis abhorrent.

B do

IOAN. B. R. DIALOGVS III. CVI TITVLVS. CASTROR. ARCHITECTVRA.

IOANNES BONONIA PRAEFECTVS CASTR. HORATIVS GALEOTA PRAEF. FABR. IOAN. VINCENTIVS PORTA. METATOR. IOAN. PAVLVS VERNALEO. MENSOR.



METATORES, habetis ne ex sententia locum ponendis castris idoneum? MET. Habemus, hic nobis uidetur aptissimus. PR. C. Erit ne frumerationi, pabulationi, aquationi, & lignationi accommodatus? MET. Immo & militum ualitudini, & quod praecipuum est, uictoriae. Hic poterimus castra & maiora, & minora diuidere, ubi munitissima fore arbitror; nulli enim imminet colles, ex quibus hostes ea aggredi possint:

Adest & fluuius, ubi composito ponte cum turri ex altera ripa, cohortibusque praesidio praepositis statua reddentur magis tuta. PR. C. Heus tu lictor, aduoca huc quamprimum Praefectum fabrorum. PR. F. Iamdudum hic adsum, si quid uolueris, id dicto citius tibi effectum dabo. PR. C. opera tua nunc opus est, diligentia, ac celeritate. PR. F. Quid optes, impera. PR. C. Curato aptandam quamprimum ingentem uim praecutorum uallorum ex proxima hac silua; nam quos milites habent, eos muniendis castris sufficere non arbitror, & (ut uideo) diu hic nos immorari oportet. PR. F. Ergo non tumultaria haec erunt: quod si ita est materiam firmam cedemus. Tu uero quam firmiorem esse putas? PR. C. Id te latere non debet: excinde robora, quercus, oleas, quarum arborum materiam firmiorem, ac diuturniorem esse audiui. PR. F. Addam cupressos, cedros, lotos, buxos, taxos, iuniperos, oleastro, & larices; si aderunt nam haec arbores minus carjem sentiant, ac uerustatem, minusque uiriantur aqua. PR. C. Id tibi permitto. Illud rogo, ne sit mora rebus. PR. F. mandata curabo diligenter; robustos excindam uallos, omnesque tibi dolatos, acutosque; horum momento reddam: nam milleibus firmissimum iniicere uallum oportet, ut noctu, & interdum tui esse possint. Illud uero me sollicitat; nam luna plena uetat materiam fore durabilem. PR. C. Philosophia in castris: Quid cogitas esse nos hic decenio immoratorios; & si statua sumus posituri; nugas istas abiicito: ac potius premitte, qui filiam explorent; ne aliqui forte in insidiis lateant. PR. F. Id praudenter cauebo: mea res agitur. Heus fabri, eia euocate huc ministros omnes, expedite secures, fetras, dolabras, ascos, ceteraque uestra ferramenta; Vallum caedere oportet: & tu uehicularum magister iube aurigas, & uectores nos sequi cum suis uehicularibus, & carris, & iumentis. Properate; nam si quem segniter aliquid agere cognouero, eum pro meo iure uerberibus cesum dabo usque ad necem; dicto citius properate. PR. C. Metatores, quid agitis. Adhuc castrorum delineationem non aggredimini? Expedite uim uestras decempedas, & lineas, quibus campum metiri soletis. MET. Id iam parabamus, locumque optime contemplabamur. Sunt in hoc plano tumuli aliquot, eos solo aequare oportet, ut locus recte diuidi possit. Iubet uero excendantur; ita commode, & recte fient omnia, sed cum ad sit limpidissimus fons, asseruandum curato, ne eius aquae uel deriuentur, uel uicentur. PR. C. id iam caueram. Sed qualia hic castra delineabitis? MET. Quadrata; hanc enim formam Polybius semper se se inuicem in Romanis castris. Verum si id per colliculos istos fieri non poterit; ponentur lunatae uel rotunda, uel trigona. Sed tu curato excindendos hos tumulos, nam sic locari poterunt quatuor rectis lateribus. PR. C. Id uobis quamprimum effectum reddam. Heus milites solertissimi agite una mecum equemus solo tumulos istos, qui locandis castris magno sunt impedimento. Expedite castra, rutra, bidentes, palas, ligones, corbes, cophinos, alucos, ceteraque instrumenta terrae excauanda; & exportanda idonea. En ego opera inter tanta primus, Vos

Hinc aduertendum est, quae ma esse stuidijs necessaria, quae si deerint, ad frugem peruenire nemo poterit.

Sunt in discipulis difficulta quaedam quae explanaore indigent.

do tu literas didicisti? A. Vc. Magnum literarum fasciculum reliquit pater moriens: eas euoluo, cum quid a debitoribus exigere cupio. Sed quid mihi opus est literis, cum in genium nullae aures effugiunt; quas uel uoce, uel uisceris calamis, uel fistula, uel retibus; aut laqueis tam scite fallere noui, ut nemo in hac re mihi possit comparari. STR. Ergo ubi ingentem auium numerum cepisti, te felicem appellas? A. Vc. Non est mihi felicitis nomen, sed aucupis, hocque nomen plurimum delector. Neque quidem tam iuuentum est; quam Aucupem appellari, tanquam aeternum autum hostem; interdum meum. color agellum; forum uero Militia tam mihi horribilis est, quam mors ipsa: mercatura tam in iucunda, quam turbati maris aspectus. A. N. T. Aglaum certe inuenimus, quem Apollo felicissimum iudicauit. Ergo propter hoc te beatum censet. A. Vc. Censet me iure istae sunt, quae nostras sepes circumuolitant: neque census alios exigo, nisi dum male habet aucupium, aut messis. STRA. Hic praeter rem respondet, & suis ineptiis nos detinebit. Age dic quod petimus: dextera haec via qualis est? A. Vc. Qualis qualis sit, haec mea non est; neque mihi nota, neque istae proficisci soleo. A. N. T. Cur ita? A. Vc. Quia salebrosa est, saxis tota sentibusque scaturit. A. N. T. Quid haec altera in sinistro posita? A. Vc. Dici non potest, quam plana sit, ac facilis, ac propter hanc causam celebris, & mihi apprime grata. A. N. T. Quae nam oppida habet dextera haec? A. Vc. Neque memoria tenet, neque curo. A. N. T. Quin excute praesumpter, si forte aliqua in mentem uenerint. A. Vc. o pulchram auiculam, sistite paulisper, ne auolet. A. N. T. Verbero inepte, uapulas ingratas, dimitte: calami istos, & ror quieti ex eius manibus arcum & fragito, nisi ad id, quod petimus, diligenter responderit. STR. dimitte arcum, istum masticia, nisi hoc iaculo tibi caput transfodiam, & oculos eruam. A. Vc. Quin sistite me, dicam quod uultis. Effugit auis illa, quando aliam occurreret. A. N. T. Rursus ad ingenium redis. Dic quae oppida haec uia inuenimus? A. Vc. Si nunquam eam ingressus sum, quomodo dicam. A. N. T. Quin dicito, quae audisti. A. Vc. expectate, sistite accersitum eam asellum meum, qui istae una cum fratre commeari solet. A. N. T. tuber colaphis tibi reddetur caput. Dic quae oppida adit asellus tuus cum fratre? A. Vc. Audiui esse quoddam aretium, tum Pontium. A. N. T. Placent istae: ex uirtute, & ex labore nomina habent; dic alia. A. Vc. Quid alia? nescio quam Eponeam, & Cleoniam post illa esse asellus canit. A. N. T. quanto te melior est asellus tuus, qui haec uidet interdum aucteps impurissime. Laus, & Gloria eiusmodi oppidis nomina dedere. Quid ergo dubitandum, quin hac sit iter? Elysiu nobis: haec oppida ea esse inquit Philaretus, per quae agmen incedere oportet. Hac igitur ingrediamur. A. Vc. Ioge uos fallit opinio: hic res quae non deerunt, & sentes. Quin istae ibitis expeditius, & hilarius, ubi nihil deerit ad cupiditates uestras explendas: floribus, odoratisque plantis uestita sunt omnia; abunde hic suppetunt deliciae omnes. Oppida sunt celeberrima, quae plerique ferere omnes ad eunt, Voluptate, uernacia. Castra in Eponea, ipse haec optimi scio: nullus enim dies est, quin praecclaras istas urbes adeamus: uis uobis Ochneam referam & Anagogiam. A. N. T. Diu te eradicent una cum oppidis istis; nomina ipsa nauisam mouent. Tu autem ista aucteps impetritissime: hinc abi cum calamis istis, & arcu ad cornos. Nos dextera hac contentandamus. A. Vc. alte malis auibus: scio mox uerpres & saxa uos mea causa ulciscuntur. STR. Contendamus quantum possumus, ne exercitus nos comitumur, & sequatur imperemusque nostris stratoribus, ut uiam sternant, & praeclearas, & traiciendoque exercitui aptissimam reddat. Nosque in praeclearas interea praecedamus, ut locum ponendis castris idoneum nanciscamur. LIT.

Hae nomina à Ventre et à somno sunt, & a diuidia, & ad imperitia

præcones canite tubis. & indicatæ centurias ordine, ut sciatur, quæ secunda, quæ tertia opus aggredi debeat. Vos quoque tribuni, cum hostes non procul ab sint, ex triplici acie primâ, & secundam in arinis habete paratas ad propulsandum eorum impetum, dum tertia munier castra, ne nostros munitione prohibeant, neque dum milites labori intenti sunt, ipsi aliquid moliantur. Laudo animorum uestrorum alacritatem, ac promptitudinē. Eia milites magnanimi, elaboratè pro se quisque sedulo; sic itur ad astra. Nihil est, quod assiduo labore non pareatur. Nos interea exigamus hoc munus, dum metatores in castrorum spatio delineando sunt occupati. MET. Collega mihi animo concipias tutissimam esse nos hic urbem posituros, firmis mœnibus undique septam, salubri sedē locatam, latis viis, foro amplissimo, magnifico Prætorio, altis basilicis, beneque instructis ædibus ornata. His de causis maxima nobis adhibenda est diligētia, eoque maior, quod propius astant inimici. MEN. Sed ubi est aratum, ut eā sulco claudere possimus? Nō ne memoria teneat poetæ illa? Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro, & interea æneas urbē designat aratro, Scis, n. priscis urbium cōditoribus hūc fuisse morē, ut muris locum designaturi, aeneo aratro taurā dextrā, uaccā sinistrā intrinsecus iungerēt. Atque ita duxisse se iuicū, ut roge parte supra humeros deiecit, parte succincta Gabino ritu, capite uelato teneret spūā glæbasque; introrsum iaceret, perfectoque sacrificio, mœnia signaret; porro ubi porta futura erat, ibi aratro sublime portaret portæ spatium relinquētes. Quāobrem ut ab urbe, quæ est curua pars aratri, urbē distā uolunt, & si alij ab orbe deducant quod rotundā figurā eā delineare solebāt, sic à portādo suspēso aratro portæ nomē inuenere. MET. id noui; proptereaque mœnia solenni sacrificio signata apud ueteres sacra habita fuisse, portas uerò minime, quia signari illa, uel fulcari fas nō erat. Adde quod fruges in subiectā fossā demittere soliti quoque fuerunt, & ex uicinaterra exaggerare, boues denique fulcatis mœnibus immolare. MEN. Hinc institutum fuisse arbitror, ut urbium muros nemini liceret transgredi, neque illis ædificia admouere; capitale, n. fuisse inuenio, & seuerior poena coerceri tūc Romuli lege, cū sacra, & augusta ea uellet haberi. Sed minor in noceres celeberrimus ille alexandri architectus in alexandriæ ambitu delineando polēta uisus fuerit. MET. Quia cretā nō habebat, ut inquit Valerius Max. morē, n. apud exterās nationes fuisse arbitror, ut argilla murorū loca signaret. Sed illud accidisse puto, ut auspiciū haberetur illius orbis, quæ totius ferè orbis cōportum celeberrimum erat futurā; aut n. ingentē auium multitudinē ex proximo lacu emeritam polentā illā esse de pasta; quā rē Aegyptiorum sacerdotes interpretati fuerunt, aduenarū frequentiam alimēta suffecturā urbē. MEN. Illud quoque me in nōnullā dubitationē adducit, cur priscis evertēdis urbibus aratrū inducere soliti sunt, quod & poeta inuauit his uerbis. Imprimeretque muris hostile aratri exercitus insolēs; & Cic. in Antoniu, eū ait. Ut uexillum uideres, & aratrū circunduceres, cuius quidē uomere portā. Capue perstrinxisti, MET. Quasi innuere uellet, ibi mox fruges esse futuras, fas erat, ut quo instrumento urbes moliebatur, eodē & demoliti essent. Præclare Modestinus inquit. Aratro in ciuitatē ducto, ciuitas esse desinit. Sed hæc nimirum nos moratur. Quāobrem satius esset, ut his posthabitis, (nihil in aratro opus est locadis castris) ad ea, quæ opus sunt, accederemus; nā tenui filo id assequi poterimus; cetera militū manus perficiēt. Vidēs maximas nostras copias esse, unde par earum ratione castra extendere oportet, ne in angusto loco cōclusæ laborēt. Age igitur in patentē planitiem descendamus. MEN. Hic locus planus est, & cæli regionibus explorandis idoneus. Collocemus ergo ad libellam amulum, ubi circulus describi possit, in cuius medio stylus collocetur rectus, ut meridiana linea inuenta, quæ pars ad orientum spectet, quæ uerò ad occasum optime cognoscamus. MET. Non ignoro; quatuor modis meridianā lineam inueniri posse, uel per gnomonis umbram, seu duas antea, & postea æquales, eiusdem circuli periferiam contingentes, ut tu indicasti, uel per maximam solis elevationem radio deprehensam, uel per Apiani instrumentum Azimutale, uel per illud, quem Quadrantem appellant, quo nunc utendum cenfeo, is enim sta-

Labore cur
fæa domatur

Priscus mos
designandi
urum muros
tum.

Cur aratrū
admouere-
tur prisco
more urbibus
evertendis

Quo modis
meridianā
linea possit in
ueniri

rim quod querimus ostendit, magnetis uirtute. MET. ut liber, quod celerius sit, & recte, id gratius contingit. MET. En uide radiolum hunc ad Septentrionem magnetis uiribus conuersum: admirabilis enim est huius lapilli uis, qua ad se fectrum allicit, atrahitque, isque ad polaris cuiusdam stellæ situm semper conuertitur. Nunc ergo castrorum Ichnographiam tibi esse sciam dabo; hæc pars spectat ad orientem solem, hic igitur Prætoriam portam sigendam cenfeo. MEN. Nosti id fieri solere, cum non adsunt hostes, sed illis modò præsentibus, mea quidem sententia portam istam contra hostium castra locarem: arbitror enim te minime latere pro rei, itineris, ac loci ratione castra ponenda esse. MET. Verum, & fidum est tuum consilium; neque illud reicio. Sed hostium castra spectant ad dexterā mundi partem, neque multum ab ortu æquinoctiali aberrant, licet ad brumalem circulum uergat aliquantulum. Quare hic prætoriam delineare non erit à castrorum ratione alienum. MEN. Quam appellas dexteram mundi partem? MET. Orientalem ex Aristotelis, & Geographorum sententia. MET. At cur Plinius occidentem uidetur dexteram appellare, cum ait. Omnium autem erratium siderum meatus, interque ea solis, & lunæ contrarium mundo agere, cursum, id est læuum, illo semper in dexteram præcipiti ubi clarum est, læuum orientalem plagam significare, Dextrum uerò occidentem: qua in sententia (ni fallor) Varionem quoque fuisse uideo. Inquit enim. Eius templi, (nam de cælo loquitur) partes quatuor dicuntur, sinistra ab oriente, dextera ab occasu, antica ad Meridiem, postica ad Septentrionem. MET. Adde etiam diuersa ab utrisque sensisse Etruscos haruspices, ut refert Hyginus in libro de agrorum constitutionibus; his enim dextera erat, quæ Septentrioni subiaceret, sinistra uerò, quæ ad Meridiem spectat; quibus cum sensere & Augures, ut refert Lilius: eademque in sententia & poetas quosdam fuisse uideo, cum de Zonis loquuntur. Et non legisti apud Lucanum de Arabibus ita dicentem?

Prætoriam
portam quam
orbis partem
spectare de-
beat.

Quæ sit dex-
tera, & quæ
sinistra mū-
di pars.

Ignotum uobis Arabes uenistis in orbem

Umbras mirati nemorum non ire sinistras. id est ad Meridiem. MEN. Quis uis causa puras fuisse, ut tot uiri celeberrimi de eadem re tā diuersa senserint? MEN. Alterius hoc est speculationis. Id tamen puta studiorum, quæ profitebantur, rationibus uariis effectum esse. Astrologis enim ad meridiem, ubi uelocissimus siderum cursus est, spectantibus, ortus sinistra pars erit, occasus uerò dextera. Philosophis contra, hi enim unde motionis siderum initium est, dextrum putant. Geographi quoque, & nauarum polum spectantes in eadem sunt sententia. At poetis ad occasum aspectum uertentibus mutatur etiam dexteri, & sinistri ratio. Sed hæc aliis dispicienda relinquamus: nos uerò quod instat, agamus. Heus ministri expedite nobis libellas, circinos, normas, regulas, & cathetus, afferte decē pedas, & lineolas, apta tu mihi libellam hanc supra regulā, ut rectā lineā ducere possim, inertissime non uides eam, in latum inclinare: atrolle paululum regulæ apicē dexterum. MEN. Id uerò muneris mihi susceptum uolo. En uide, iam cathetus lineolam transuersæ regulæ in medio descriptā tangens ad perpendicularum indicat libratam esse longitudinem. PR. C. Metatores, an non adhuc castrorum frontem delineastis? MET. Hoc iā exigimus, milites iube hic fossā xii pedum excava re, id facere hostium præsentia cogit, qui si abessent, satis esset, & spicibus et terra eductis, murum in struere parum supra terram erectum. Nunc (si opus erit) etiam lorculam Cæsaris exemplo adde mus. Eia cōmilitones fortissimi, excavaue hic castrorum fossam eā latitudine, ac altitudine, quam metatores iusserint; mandato eorum audientes estote, ne cœturiones uestri in eos, qui segnes fuerint, grauitè animaduertant. MET. Videte uos, ut fossa in xii pedum altitudine depressa sit, qua lineola ducta erit, uos terrā educite tū in interiorē, tū in exteriorē partem, ut aggerē nobis efficiat. Tu præfecte curato hic uallos de more sigēdos, fac, ut uallum firmissimum murorū figurā referat, figito turres passim, & ita earum interualla disponantur ordine machinæ ad hostiū impetum p-

pulsandos; hoc uacuum dabitur, fiat ampla, ut cohortes & ingredi, & egredi facile possint, cum usus postulauerit. PR. C. Calones, adducite uallos, quos milites secum tulerunt: Vos legionarii excurrite in siluam, adhortamini fabros, ut quamprimum uallos intant, quosiam dolatos habent. Properate. ME. I. Nos iam angulos explorare oportet, ut ex omni parte quadrata sint castra. PR. C. Perficite uos, quod uestrum munus est, dum ego huic fossae faciundae, et uallis figendis praero. ME. T. Heus ministri afferte mihi normam ad exigendam angulorum rectitudinem: ducite uos sparteam hanc lineolam rectam, videte, ne in aliquam partem declinetis. Quanto ingenio tot instrumenta excogitauerit praestantes uiri, ut cuiusque rei longitudinem, atque altitudinem explorare possemus. Quam argute Pythagoras, normae rectitudinem, ex tribus regulis imparibus inuenit. Cuius rei causa Musis immolasse refert Vitruuius, ut ipsis eiusmodi inuentum acceptum referret. ME. N. Admiror ipse in primis praeter radium illum, quo astra metuntur astrologi, quadrantem istum, quo tam facile meridiana linea exploratur, & horarum ratio. ME. T. Immo magis admirari debes pyxidem illam, qua nautae utuntur una cum tabula, in qua totus orbis descriptus est, & cuius uirtute cursus metiuntur suos, & facillime cognoscunt, quantum itineris peregerint. Huius inuentum Flauio cuidam ex Picentiorum gente ascribunt, cum multis ante seculis antiquis eiusmodi nauigandi usus incognitus fuisset. Etsi quidam apud Plautum Versoriam existimant nauticum esse instrumentum haud ferme huic pyxidiculae magnetis ab simile, ex quo soluturi nautae cognoscerent, unde flarent venti, & an mare nauigationem admitteret. ME. N. Haud parum nostri huic Flauio debent, quando huius instrumenti opera effectum est, ut Lusitani ad Antipodas ad nauigassent, regionesque permultas antiquis incognitas perlustrassent, Australisque poli stellas comperissent, cum antea ad Cynosuram tantum nauigarent. ME. T. Ita quidem. Nam rerum inuentoribus multum debetur, cum eorum ingenio facile multa assequi liceat, quae antea nullo pacto fieri posse uidebantur. Quid referam tractorias machinas, quarum ope maxima onera attolluntur, exportanturque? ME. N. Quanta arte existimabimus compactam fuisse libellam hanc, seu Dædali seu Theodori Samii fuerit inuentum, quae cum ad longitudoines, tum ad altitudines librandas utitur. Et quam sapienter Plutarchus principem amussii comparauit: Nam ut amussis exacta rectitudine composita cetera, quibus accommodatur, dirigit: ita princeps ubi didicerit sibi ipsi imperare, animumque componere, tunc ceterorum mores apte instruere, ac informare non ignorabit. Sed iam ad angulum peruenimus, ubi alteram lineam ducere oportet. Apta tu hic normam: Nunc recte habet. Heus uos diducite filum recta, quantum potest: atque in hoc latere, quod ad occidentem spectat, relinquantur uestigia Quæstoris portæ, uel Principalis, ut inde militibus excursus detur, cum aggredi oportet hostes à latere. Euocate uos Praefectum castrorum, ut iubeat ad hoc latus instruendum milites accedere. Nam nos ad alterum latus accedere oportet, ubi Quintanam portam ad fruges importandas sumus delineaturi; hinc postea ad Decumanam properabimus. Heus uos festinate, ducite lineas, ne sit mora. Et uos milites quid agitis? Iam dudum nos ad Decumanam accurrimus: fungatur quisque munere suo quam rectissime; scitis enim per eam portam facinorosos milites educi solere ad supplicium. PR. C. Praefecte gratulor te cito rediisse, absoluisi ne pensum tuum? PR. F. absolui quamprimum. Et nisi nos remoratae essent hostium cohortes quaedam, quae illum lignatum uenerant, accurrissem huc ante meridiem. PR. C. Accepere ne nostri damni aliquid? PR. Nihil. Sed grauem pugnam iniimus cum Idonæi calonibus. PR. C. Certe cum Myrmidonibus concertasse te putasti. PR. F. immo cum Cycloptibus immanissimis, & nisi legionarii, quos misisti, aduentassent in tempore, adhuc saxa, & ualli uolarent. PR. C. Periculum ergo adisti? PR. F. maximum quidem. Sed ipse deus gratias ago, quod uolentis illorum Briareorum, & Enceladorum manus effugi. PR. C. Timuisti, nam adhuc pro metu pallor occupat ora; et in pedes te dedisti ocyfus. eruo. Sed arborum siluæ tenebras,

Pyxidis quæ
is unio.

Princeps amussii
cur à Plut. comparatus est.

tenebras, & timorem omnia tibi ostendisse maiora atque erant. PR. F. Disperam, si uera loquor: tument omnia quammo ex alis accipies. PR. C. Sed ubi sunt ualli? PR. F. En prope adsunt, non uides uehicularia omnia, & iumenta, totam terè siluam huc asportantia. Vix castra capient. PR. C. Da ergo operam, ut per latera distribuatur, quo milites commodè vallum figere possint. PR. F. faciam sedulo. Heus aurigae, & uectores disponente ligna hæc diuersis in locis, ne milites in illis uectandis fatigatis, iam ipse ad uinum, & cibaria uobis diuidenda accurro. PR. C. Metatores, quid agendum restat. Videtis iam uos Castrorum ambitum exegisse. ME. T. iam delineanda est uia Prætorii, & Consulii: tertiore locus assignandus. Hic certe commodè Prætorium tendi poterit. Nam (ut uideo) hinc commodus est in omnes partes prospectus. Praefecte hunc locum equandum cura, sit spatium centum pedum circum circa tentorium, ut in angulis Prætorii cohortes tendere possint. PR. C. Quem locum Quæstori, & Legatis destinatis? ME. T. Eum, qui est prope Quæstoriam portam. Prope aderit quoque Armamentarium, & artificum officina. Aderit in medio Forum, & Macellum. Reliquum spatium uariis equitibus & pedibus distribuatur. PR. C. ubi Tribuni? ME. T. In medio castrorum tendetur linea, hic solum Tribuni tentoria habebunt. Ibi quoque erit signorum receptaculum, omniumque qui munere aliquo funguntur in castris: tabernacula figentur prope uias, ceterorum militum contubernia, & tentoria suis in locis iam iam distinguemus. PR. C. Scio esse uos acri ingenio praeditos, omniaque exactissime esse diuisuros: sed animaduertite, ut relinquatur spatium pro numero multitudinis. Facite ut cuncta sint uis directa, & distincta diligentissime, ut cuique pro dignitate suus locus assignari possit. ME. T. Curabimus omnia diligenter. Heus ministri, relinquitte spatium L pedum uiae, quae ducit ad Prætorium, delineate pomeria inter uallum, & legionum tentoria. PR. C. pedum. Nos interea legionibus sedes assignare oportet. ME. N. Quid ergo agendum? Efficiamus hanc primae legionis sedem paribus interuallis distinctam & quadruplicem. Prima pars uacua relinqueada ad recipiendos qui extra ordinem in castris militant, uel qui casu aduentarint. Quarta latior fiet, ualloque proxima uelut urbis muro pomerii uicè adiuncta. ME. N. Diuidamus omnia accurate, ut quisquis castra hæc ingreditur, ea bene edificatae urbis formam referre fateatur. Praeterea ubi erunt omnia recte uis definita, miles castrorum portam ingressus, facile, quo sibi perueniendum sit, prospicere poterit.

ME. T. Hæc recte habent. Praefecte iam poteris primae legionis sedes assignare: nam nos ad alterius areae sedes delineandas accurrimus. PR. C. Ita facia. atque dum uos metandis sedibus estis intenti, ipse paulatim legiones in sedes suas introducam. Heus Praecones signum tubis date, ut cohortes sciant, quod se recipere debeant. Vocate etiam pabulatores, qui foenam ex agris collectam in castra ferant ad equos, & iumenta sustinenda, tum aquatores, qui aquae facultatem militibus faciant.

IOAN. BAP. RIN. DIAL. III. CVI
TITVLVS MILITARIA INSIGNIA.

IVLIVS MINADOVS PRAEFECTVS CASTR.
CLAVDIVS STRAMBO PROTARCHVS EPIMELIAE
PAVLVS REGIVS HYPARCHVS SOPHROSINES.



QVIDEM sic arbitror uiri amicissimi, ac prestantissimi nihil opportuni
us, nihil aded melius literariae Reip. contingere potuisse, quam Diano-
os, ac Phronesios istos milites ab Epimelia, & a Sophrosine foederatis ur-
bibus missos, quorum opera in tanto bello uti possemus. PRO. A uiderat
ciues nostri, quibus cum uestra Rep. ueteres, ac iustae causae necessitudi-
nis intercedunt, maximum bellum apparari, a S.P.Q.L. aduersus Idonaeum: eam ob
causam his phalangibus nos praefecere, ut eius imperio opem aliquam pro uiribus fe-
ramus, diligentiaque ea utamur, quam tantis in negotijs adhibere oportet. Sunt enim
literariae Reip. in primis studiosi. PR. Gratias omnes agimus immortales tam praeclaris
ciuitatibus; uestro enim beneficio permulta nos consequemur HYP. Spero omnia felici-
cia per uos esse affecturos, si animi, & corporis uires intenditis, breuique tantum bel-
lum esse confecturos. Nos tamen nostram operam pollicemur, non ignauos nostros
milites experiemini. Detur modò pugnae copia; nam & alacres in rebus gerendis,
& solertes iuuenietis. PR. Vbi uestros milites reliquistis? PRO. Non longe a castris, pro-
pterea nos huc praecessimus, ut sedes, in quibus collocandi sunt, diligenter inspicia-
mus: indigent enim caeli salubritate; neque enim quicquam tam illis aduersatur, quam
loci, ac coeli grauitas. PR. Id nos antea sedulo prospeximus, elegimusque locum saluber-
rimum, campique spatium reliquimus commodissimum, ubi hospites recte habere pos-
sint. PRO. Scio uos omnia diligentissime prospexisse: nam ubi tot uiri acri ingenio praedi-
tati versantur sub auspicijs PHILARETI CONS. sapientissimi, nihil non pruden-
tissime agitur. At si castrorum formam, legionibusque sedes assignatas ostenderis, erit
nobis quam grauisimum. PR. Libentissime id agam. Quid enim optatius contingere
potest, quam à tantis uiris leui de causa gratiam inire? Illud primum scire uos uelim, ca-
stra hec munitione urbis formam referre, Id circo & agere, & fossis, & fiallo, quod in u-
rorum instar habet, septa uidetis, loco salubri sita; nullius enim rei maior ratio habenda
est, quam aeris haud secus in locandis castris & praesertim aestiuis, ac in condenda ur-
be, in qua praecipuum est electio loci saluberrimi; male enim eorum res agitur, quos
& cum hoste, & cum morbo bellum gerere oportet. PRO. Ni fallor Vitruuius laudat in
urbium compositione locum excelsum, non nebulosum, non pruinosum, regionesque coe-
li spectantem nec aestuosas, nec frigiditas, sed temperatas: inprimisque cauendam praeci-
puit palustrem uiciniam, unde uenenatorum animalium aurae spirant. Verum enim
illud est. Aliquid mali propter uicinum malum. Sed uos cur castra haec in plano potius
posuistis, cum edita loca sint salubriora? PR. Hic locus & si planus uidetur, est tamē mol-
liter decliuus, ut uidetis, & ad concurrentem cum hoste quam maxime idoneus: nam
è superiore parte tela emissa firmitus infixata magis laedit. HYP. Quid leonina illa capita
pro castris posita indicant? PRAE. Et magis animos, & uigilantes decere esse milites,
quibus uirtutibus leones caeteris bellis praestant; cuius rei gratia, & templorum adiu-
tus ornari solent ad eam uigilantiam indicandam, qua sacrorum custodes praeditos esse
debet

Horum mili-
tum nomina
ab intellige-
tia, et à pri-
dencia effi-
cta sunt. At
que ex eis de
literariae
Reip. o-
pem feren-
tibus statu-
dum est. Gra-
cas literas
magnam ad
iumentum la-
tius afferre.

Literarum cul-
tores salu-
bres locoseli-
gere oportet;
Nam ut
hebetiora in-
gemia sunt
propter cali-
diorē natura-
m: ita a-
cutiliora, &
ad intelligen-
dum aptiora
si sit aer pu-
rus, ac tenuis.

Vigilantia.

debet. Vigilantiae quoque indicandae gratia, & custodia, sine quibus castra nequeunt con-
sistere, gallorum, & gruuum simulacra passim supra tentoria collocata inuenietis. HYP.
Et quid sunt laurae illae, & quernae coronae in ualli fastigio infixae? PRAE. Haec ob sedulo
nauatam operam à Consule nostro Fortibus uiris propositae hic asseruantur eius iussu:
Nam ingenium & laborem in Literariae Reip. castris uigere opus est, quibus ducibus
praclarum illud conficitur, quod omnes appetimus. PRO. Praeclare quidem: nam laus,
& gloria praecipue à magnanimis militibus expectatur. Quamobrem optime legibus
sancitum fuisse iudico, ut praemia fortibus, supplicia ignauiis proponerentur. Nam li-
qui sunt, qui uirtutis amore honesta agere nolunt, poenarum formido eos in officio con-
tinet. HYP. Cur ob res praecclare gestas tam exigui, pretii munera eis dantur, qui in pu-
gna fortiter se gesserunt? PRAE. Virtus ipsa maximum premium est, propterea se ipsa con-
tenta nihil sibi nisi rei optime gestae famam quaerit tanquam laborum propriam mercedem.
HYP. Cur laurae, & quernae coronae hic potius appositae sunt quam ex aliarum
arborum ramis? PRAE. Arbitror te non ignorare, coronam à ueteribus ob capitis di-
gnitatem fuisse repertam; ex eo enim est sensuum origo: unde si quis fortiter aliqua
gesserit, eum consilio, ac sapientia ductum, quae res in capite sitae sunt, omnia gessisse
censendum est. Eam ob causam statuere praefici, ut ea corporis pars uirtutis insignibus
ornata esset, unde praecleari facinoris labor ortum duxerit. Instituire & lauras ad
immortalitatem indicandam, quae praecclara gesta consequuntur. Costat tamen & permulta
fuisse coronarum genera, quae fortibus uiris dari solebant, ex quibus aliae ex arborum
ramis innectebantur, aliae ex auro conficiebantur. Si quis igitur ciuem in praelio ser-
uasset, ciuica donabatur, erat haec ex quercu; propterea in antiquis Imperatorum quo-
rundam numis eiusmodi coronae imaginem conspicere licet, cum inscriptione. OB
CIVIS SERVATO: At si quis ciues obsidione liberasset, gramineam accipiebat. Inue-
nio interdum populea corona fortes uiros fuisse ornatos, itemque lignae, quae fiebat
ex ilice, interdum ex esculo Ioui sacra. Verum tamen aliqui hostiles muros, aut uallos,
aut naues primi ascenderant, murem, uallarem, & naualem conficiebantur, quas om-
nes constat ex auro fuisse confectas. Sed ingrediamur. Haec est Praetoria porta, ad or-
tum spectans, ita dicta, quod non longe à Praetorio abest. Quaestoria illa est, quae pro-
pe astat. Quaestor. Duae illae Quintana, & Decumana appellantur HYP. Cur ita dictae
sunt? PRAE. Arbitror apud praeficos fuisse ita appellatas à similitudine inuitum, & paloris,
qui ponuntur in agris. Nam quinto quoque limite patens for uis, uel spatium relinquere so-
lebat. Ita Plin. de limitatione uinearum scribens Semper uero, ait, quintanis seruari. Illud
scilicet inueniens, ut quinto quoque pallo singulae iugum paginae includantur. Idemque
rursus uineas limitari decumano debere asserit, xii. pedum latitudinis ad contrarios ue-
hicularum transitus. Sic metaphora ab agrorum limitatione sumpta Quintanam, & de-
cumanam appellasse credo, quarum altera ad quintum, altera ad decimum castrorum
limitem spectat. Sunt qui à decumis, quae per eam inportabantur. Decumana appellata
eue uelint, alii, quia patensior, & frequentior est. Nam Decumana praefici Romani sole-
bant appellare ea, quae caeteris magnitudine praestarent, ut oua, et pyra. Sed iam uide-
tis loci intercapedinem istam c. c. pedum inter legionum tentoria & uallum. Haec se-
habet instar pomerii urbani, PR. Laudo ampla ista spatia. Scio in condendis urbibus
Etruscorum quondam morem fuisse, quae murum ducturi erant, certis circa terminis
inaugurato consecrassent, ut neque interiore parte aedificia, in coenibus continuarentur, &
extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli, quod spatium neque arari, neque
habitari fas erat, pomeriumque appellasse, non magis quod post murum esset, quam
quod post illud murum. Sed cur tantum spatium à uallo ad tentoria relictum est? PR.
Ut legiones nostrae commode uel ingredientes, uel egredientes spatium possint, ne-
que simul occurrentes se impedire. Huc accedit commoditas illa. Nam hostium tela in-
tra munitionem ex omnibus partibus coniecta ad tentoria penetrare non possunt, aut
super-

Virtus ma-
ximum pre-
mium.

Cur corona
inueniatur.

C. Praetorum
porta, qua-
tuor mabe-
muras di-
sciplinas in-
dicant

Quintana, et
decumana
unde dictae

si peruenerint, minus lædent. Hic quoque commode immorari potest præda ex hostium agris abacta. Videtis postea patentes areas suis uis distinctas, in quibus legiones nostræ tendunt. In medio per rectam lineam sunt Tribunorum tentoria omnia, ut uidetis, & signa suis loculis affixa, qui ut firmiter terræ insigi possint, in acutum cuspidem de sinunt: sunt loculi isti pro thecis, in quas signi pars ima immittitur. Hæc cum nõ facile euelli possent, & laminio, & Crasso inauspicata fuisse legimus: contra facile educta prosperum augurium, certamq; uictoriam cæteris portendisse. HYP. Quid causæ est, ut uaria hic habeatis. Signa, neq; uno sitis contenti? PR. Ne à Romanorum institutis abscedamus: constat enim apud eos, in usu fuisse uaria signorum, & uexillorum genera. HYP. Quod discrimen arbitraris fuisse inter signa, & uexilla? PR. Signa erant tercula quædã, siue hastæ longæ, in quarum culminibus affixa erant animalium capita in auro, uel in argento celata, tum hostium deuictorum facies, in manu effigies. Iaragines cum igne, & circuli, ut in ueteribus monumentis, & numismatis cernere licet. Hæc inter præcipuum locum Aquila obtinebat. Vexilla uerò quasi parua uela ex serico conficiebantur, uel tela aurea, uel argentea, in quibus imagines passim & Deorum, & Imperatorum, dumq; militarium erant depictæ, quæ adhuc consuetudo tenet, in quibus insignia principum à pictoribus exprimuntur. Præcipua erat Labarum, ducum proprium gestamen. HYP. Explica, quæso, quæ nam Romanorum propria fuerint signa, & vexilla. Nam scio eos quoque aprime Epimeliam, & Sophrosinem fuisse ueneratos. PR. Quod ad militarem disciplinam pertinet, tria Signorum genera apud eos, fuisse comperio. Nam alia muta, alia uocalia, quædam semiuocalia appellabantur. Uocalia erant quæ humana uoce in uigiliis, in præliis, aliisque belli studiis & muneribus, pro signo, dabantur, & quotidie uariabantur, ut exploratores deprehendi possent. Hæc alio pacto, tessera dicebantur. Vnde Syllæ ressera, ut legimus, fuit Apollo, Demetrii, IULIUS & Victoria. Cæsaris Venus, Genirix. Interdum Felicitas, & Victoria. Neronis Optima Mater, Antonini, Aequanimitas, Septimii, Laboremus. Pertinacis, Militemus. Antiochisoteris, Bene ualere. Marii in bello Cimbrico, Lar deus. Semi uocalia Signa erant quæ tuba, aut lituo, aut buccina dabatur, ex quorum sonitu milites, quid eos facere oporteret, accipiebant. Ad muta pertinent signa hæc, & vexilla, de quibus nostra est oratio. Ea introducta fuisse scitis in exercitum, ut cernum ordinem milites seruare sciret, quod cum opus esset, se recipere deberent, & in aciem citra temporis iacturam redigi possent. hæc apud præfatos tanto in honore habita fuisse comperio, ut non solum maximo probro duceretur illorum iactura, sed etiam apud ipsa Reges externi diademata acciperent, & captiui afferuarentur, item præda, ac pecunia locaretur. Apud signa cuique licebat se tueri, & à captiuitate uindicare, ut de Placo ad signa confugiens scribit Tacitus, a fert quoq; Vegetius apud præfatos mores fuisse, ut dimidia pars rerum cõparatæ apud signa deponeretur, & ibidem militibus afferuaretur, ne per luxum, & inaniam rerum cõemptionem sua absumerent. Hinc fiebat, ut milites acrius dimicaret, ne, quæ sub signis custodiebantur, amitterent. Hæc qui ferebat, Signifer appellabatur, cui non licebat ea uellere, nisi augurio capto: Eiusmodi enim superstitio eorum animos inuaserat, ut cum facile euellerentur, certam de uictoria spem conciperent, sin difficulter, imminentem cladem extimescerent. Ea quoq; mos fuit, in uictoria ornare, in tristi casu incompta proferre. Fuere inter signa & Ducum imagines, quas qui ferebant, Imaginiferi dicebantur. Erant quoq; signa equestria, quæ turmas distinguiebant. Nec non & contubernia sua habebant signa, quæ manipuli dicebantur. Erant hæc hastilia, quorum apici fasciuli ex sceno alligati præferebantur, ad quorum singula tria contubernia, id est xxx. milites confluabant. Etiam & calonibus sua aderant signa, sub quibus impedimenta disponebant. Præcipua totius legionis apud Romanos Aquila fuit, quam qui ferebat Aquilifer dicebatur: conflatam fuisse inuenio illam aquilæ effigiem, ex argento, ut suo fulgore melius à militibus conspici posset. In una legione una erat aquila, & nouem signa. Nam in tot cohortes

& hæc

rat distributa, quarum prima, quod ex mille constaret militibus, Millenaria dicebatur, & hæc Aquilam ducebat. Paulo ante Marium hæc sola in prælia duci solebat, relictis cæteris signis in castris. Marius postea cæteris penitus explosis, Aquilam solam retinuit. Minotauri quoq; simulacrum habuere Romani, ut indicarent, ducis consilium haud seculum testum esse debere; ac Minotaurus in Labirintho latuisse dicitur. Itemque equi, & lupi effigies, cum se à Marte genus ducere existimarent, cui hæbelluæ ob ferocitatem erant dicatæ: itidem & apti, quod porcū in foederibus faciendis post partem uictoriam immolabant. Omnia hæc signa in aerario custodiri solebant, cum bellum non gerebatur. Pro Fama est Aquilæ signum ab Ioue ortum duxisse: eum enim aduersus Saturnum pugnantem aquilæ augurio, quæ uexillo infedit, regni uictorem euassisse ferunt. Inde à Cretensibus, ad Troianos, ex his ab Aenea in Italiam traductam fuisse. Peris quoq; aquilam patentibus alis, ex auro conflatam signum fuisse audiui, ut Atheniensibus nostris, Thebanis Sphyngeim, Cimbris aeneum taurum, Indis tintinabula, Aegyptiis animalia, quæ apud ipsos colebantur. Numenim quoque ferunt Cereris, & Alexandri imagines gestasse, Neoptolemum Mineruæ, Cyrum galli, Osirim canis, Porum Indorum regem, Herculis. Sed scire cupio, quæ de uexillis Romanorum scripta inuenisti? PR. Vexillatam pedestria, quàm equestria fuisse comperio, ex quibus pedestria fuere centuriatæ, Prætorianorum, et Auxiliarium. In quolibet uexillo clxxx. homines militabant. Primum uexillum Triarios habebat, secundum Rotarios, tertium Accensas. Vnde de vexillariis dicebantur, qui sub uno uexillo stipendia merebant; sic etiam Vexillatio appellabatur equitum manus. Atque Ducale vexillum duplex fuisse comperio, unum totius exercitus aureum, & gemmis interstinctum, atque unionibus, & hoc propriè Labarum dicebatur: alterum rubrum, ipsius ducis, siue Imperatoris, quod Pandum, & Flammeum à splendente rubedine ab auctoribus ineluantis imperii appellari animaduerti. Senatus uexillum argenteum erat, & in comitiis, & in pompis passim Senatus Romano præferebatur. Fuit quoque inter uexilla, & Draco, id est draconis forma quaedam, cuius caput ex argento confectum erat, oris rictu, & dentibus conspicuum, & planè terrificum hiatus habens, reliquo corpore ex serico contexto incuruato: uniuerso iuxta longitudinis, & profunditatis dimensionem, coloribus uariiegato, ceu uerus draco effingit solet. Qui hoc ferebat, eques Draconarius appellabatur. Imperii temporibus eiusmodi signa introducta fuisse arbitror. Constituti quoq; imperii præcipuum insigne fuit ignis præalatus in farragine ferculo supraposita, cuius sæpe Herodianus meminit: quod ideo factum esse ait, ut speciem, fortunamque exiguum sane ad tempus Romanæ ciuitatis sartago repræsentaret. At nos post habitis signis, quæ iam ex usu recessere, uexilla tantum in castris habemus. Pa. Quas imagines in illis effictas geritis? PR. Primum illud Apollinis est: nihil enim nostris in castris geritur sine ueri illius Apollinis auspiciis, cuius lumine omnia illustantur. Hic est nostrorum studiorum dux, principis, & moderator felicissimus. Vnde Exprime nobis notas illas, quæ in eius latere effictæ sunt. PR. T V I S A V S P I C I I S. Quid enim perficere quispiam sperabit nisi eius in cõceptis diuinum numen aspirauerit? Proximum est Palladis, diuinam hæc sapientiam indicat, cuius numine cuncta fouentur, & reguntur. Quid enim Scutum illud ad pictum signa ificare intendendum est, nisi totum orbem diuina sapientia gubernare? Hæc quod est lemma? PR. OMNIA POSSUM. Hæc Non immeritò, sapientia enim subiecta sunt omnia: hæc si in rebus agendis deerit, inuis sit labor. Sed quid significat puelli illius imago clauis manu gestantis, & palmam? PR. Amoris est, qui difficilia omnia referat. Non legistis apud Orpheum Amorem tam superarum rerum, quam inferarum clauis habere? Inuis ad res peragendas accesserit, etiam lænia sunt ardua. Inscriptio est Nihil Ardere. Nihil enim tam clausum, tam reatum esse potest, quod amor non recludat, & retegat. Palmam caroris onustam gerit, quod hic uictoriam, & diuitias affert. Quartum est insigne rosarum, ut indicetur, virtutes omnes tanquam in falcæ colle

& as

Signorum loculi.

Signa, & uexilla quomodo differunt.

Signorum genera uocalia.

Cur signa introducta.

Varia cæterorum signa.

Vexillorum colores.

Literaria Resp. Vexilla.

Amoris & uolens nihil esse difficile.

has decere adesse in Literarij Reip. castris. HYP. Fac me inscriptionis participē. PR. Et PVNGIT. Et RVTLAT. HYP. Quid hoc est? PR. Virtutis hoc est proprium & labore angere, & nominis claritate homines illustrare. Est virtus rosā admodum similis: nam ut pulcher iste flos magna suaveolentia, ac uenultate decorus dum ex calyce spinis sepio, quo continetur, se explicat, conatu quodam inde se expedire uideatur: ita uirtus maximis circumsepta laboribus, quibus quodāmodō angitur, ac susciocatur, ex illorum angustiis extrusa honestarum, ac utilium actionum uenultate, ac gloria flagrat, fulgetque. Quōd allusisse uisus est doctus ille philosophus, qui asseruit, rosam inter spinas oriri. PR. Audiui à summis uiris, uoluptatis illecebras tristitiæ spinis septas per rosas significari solere, eamque ob causam Veneri fuisse dicatas. PR. ita. Sed nostri vnam, eandemque rem ob uarias qualitates, ac naturas, quibus prædita est, pluribus formis posse accommodari, quam ob causam hic flos cum tam caducus sit, ut eius uita uno die terminetur, humane uitæ breuitatis multis ærumnis septæ indicium est clarissimum; cuius rei gratia tam frequens apud ueteres fuit in mortuorum tumulis. PR. Video te rosas loqui, tam me suauis tuo sermone oblectasti. Sed quis ille est, qui purpureo paludamento insignis magna militum carerua stipatus ad prætorium incedit? PR. Est legionis Præfectus, cui Tribuni, Antepidani, Cæturiones, totus quoque exercitus parent: hic absentes legati uices tenere solet, eique curæ sunt arma, equi, uestes, disciplina, annonæ: propterea eligitur iustus, diligens, sobrius, ut iuste in facinorosos animaduertere possit. HYP. Qui sunt Magistratus, qui in uestris castris imperant? PR. habemus complures; nam præter Consulem, cuius imperio paremus omnes, adest Quæstor, cuius est pecuniariam rem administrare, & prædam ac manubias in rationes publicas referre, stipendia militibus persolvere: Consule absente, eius partes hic explet. Quæstore paulò inferior est LEGATVS. Hic apud Romanos Imperatore, aut Prætorē, aut Quæstore absente præsidebat, totque legatos in exercitu fuisse, quot legiones scribit Cæsar. Interdum unus totum regēbat exercitum. Legatum sequitur PRÆFECTVS LEGIONIS, qui Legati uicarius, atque adiutor existit: hic absente Legato, eius partes gerit, eique tribuni, centuriones, cæteri que milites omnes parent: ad hunc pertinent uigiliarum, tesserarum rationes, tum crimina tam equitum, quam pedum, eorundemque arma, uestes, & equi. Hunc sequitur PRÆFECTVS CASTRORVM, cui curæ est castra imponere, fossas excavare, tentoria, tabernacula, tormenta bellica parata habere: ad eundem pertinet egrorum & medicorum cura. Adest & PRÆFECTVS EQVITVM, qui Alæ præsidet: continet enim mille equites. Est ita dicta quòd hæc haud secus exercitum, uel legiones dextra, sinistraque ruetur, atque alæ autum corpora tegunt. Hic equitum Alæ haud secus imperat, ac quondam apud Romanos Magister equitum uniuerso exercitui, cum dictator creabatur. Sunt hic & TRIBVNI complures legionibus præpositi, quorum est prospicere, ut miles ueste nitidus sit, armis bene instructus, & militari disciplina bene eruditus. Ad eosdem pertinet tumultus componere, milites in castris continere ad exercitationem producere, uigilias circuire, rei frumentariæ præesse, querelas commilitonum audire, ualitudinarios inspicere. Sunt & CENTVRIONES, quibus singulæ parent Centuriæ, nam centum pedites ab uno Centurione sub uno uexillo reguntur. His curæ est suæ centuriæ milites composite in aciem educere. Cumque equitum turmæ in Decurias distributæ sint, suos habent Decuriones, & Tribunos quorum munus est equitare fortissime, hasta scienter uti, sagittas ex arcu apte emittere, turmalesque suos ad omnia bellica munia erudire, arma tersa, ac splendida habere; & ut Tribunus xxxiii Imperat: sic Decurio X. interdum Decurio turmam ducit: Distinctus est equitatus noster in Alas, Vexillationes, Turmas, & Decurias: habet Ala mille equites, vexillatio centum, Turma xxxiii, Decuria X. & ut equitatu præest Magister equitum, sic Alæ Præfectus, Vexillationi Tribunus maior, Turmæ Tribunus minor, Decuriæ de-

Militaria munera.

Qualior Legatus.

Præfectus leg.

Præfectus armorum.

Præfectus iuuitum.

Tribunus.

Centurio.

Decurio.

Ala. Vexillatio. Turma. Decuria.

nique Decurio. Adhuc est & Præfectus Fabrorum, cui parent fabri lignarii, ferrari, pictores, artifices denique omnes. Est & Præfectus siue Magister armorum, qui armamenta rursuram gerit, cui subiciuntur Balistarii, & tormentarii, qui scorpiones, catapultas, cæteraque tormenta in hostes expediunt. Est & Magister siue Præfectus uehicularum, cui parent uectores, & aurige; Sunt & qui uenalibus rebus præfunt, dispiciuntque, ut recta æstimatione singula in castris ueneant. Suntque castrorum præfectis subiecti, Episcopus: pisci appellabant. Habemus hic quoque, præter signiferos, Metatores, qui metandis castris præfunt, & Tesserarios, quorum munus est tesseras accipere, & per contubernia diuidere. sunt et Campiductores, quorum est exercitum per commodas uias ducere & Tyrones in campum deducere, atque in militari disciplina exercere. HYP. Et que sunt horum studia dum uersantur in castris? PR. Cum nō liceat in castris quēnō otiosum esse, iccirco, ut uiretur desidia ualitudini magna aduersaria, mō mittuntur aquarū, lignatum, frumētatum, mō in castris uariis armorum studiis exercetur, uel colle aliique superare cōtendunt, mō ad tubæ sonitum sarcinas colligunt. mō è castris egrediuntur, Interdum fictas pugnas inter se cōmittunt: assuescunt & prælia inire, & ex prælio decedere, nunc sequi, nunc retrocedere, nunc quadrato agmine icedere, nunc cuneū agere, nunc in orbem se referre, per multa que usus belli postulat, omnia uitia à Tribūnis seuerissime tūdicantur, nullum tamen maiore supplicio ac ignominia afficitur, quam ignauia. PRO. Nō iniuria, nihil in ignauia foedius, & præsertim in milite, quē ut decet aures mandatis attentas præbere, & oculos signis, sic manus ad certandum, non pedes ad fugam conuertere fas est. HYP. Sunt ne alia præfecturæ in uestris castris? PR. Sunt alia multæ, sed eas, & nostros militares ordines dabitur aliis inspicere potestas, hūc præstaret milites uestros in castra introducere. PRO. Recte ais: Sed quæ spatia nostris phalangibus assignanda iussit consul. PR. En prope astant uidetis spatia illa intra pomerium, & legionum tentoria. PRO. locus est patens, & apertus, uere oīne per æstiuos menses solis ardor molestus sit. PR. Nihil minus: est tenibus auris expositus, incredibiliq; cæli tēperatione gratus & ut uidetis, ad septemtrionem spectat. PRO. Introducamus ergo nos milites nostros, ne fessi de uia, tarditati nostræ succenseant. PR. Ite uos: nam si quid prospicere oportet, ipse interea diligenter curabo.

Præfec. fabrorum. Magister armorum. Præfectus uehicularum. Episcopi. Metatores. Tesserarii. Campiductores.

Corporis exercitationē literatis esse apprime necessariam. neque enim abunde Meterna dicta est, nisi quod corporis uires, uel neruos minuat.

C. IOAN.

IOAN BAP. RIN. DIALOGVS. V.

CVI TITVLVS DISCIPLINA MILITARIS.

SEBASTIANVS BARNABA PRIMIPILVS.

MARCIVS ALBINVS HASTATVS.

DECIVS CARAC. ASCANII F. DECVRIO.



Quot quanti
que sint liti-
rarum labo-
res opti-
me sentiunt,
qui in litera-
rum studijs
strenue ver-
santur.



Quid hoc mali est mi Hastate? Quae miseria? tot, tantosq; labores quod tidie sustinemus, tot, tantisq; malis premimur, neq; adhuc stipendia nobis, nostrisque commilitonibus persoluntur. HAS. Equidem pessime nobiscum agi existimo, qui in tam duram, & tam grauem militiam nescio quo fato detrusi sumus. Quotidie excurrere oportet in hostium agros, noctu. diuque excubias agere: semper labor, semper dolor; nunquam quies; nunquam merces; nulla denique et molumentum spes, quae in periculis, & laboribus solatio esse solet. PR. Heu frustra suscepti labores, heu spes fallaces, o nos miseros, qui postquam e patria, atque e parentum amplexu abducti sumus, nullo commodo perfrui licuit. O inanes liberorum nostrorum cogitationes, qui nos opimis spoliis, ac Persicis gazis onustos sperant esse in patriam redituros, cum nos Telenicis, Codrisq; pauperiores, ac miseriores (si modo uita supererit) sint accepturi. Quid enim aliud militiam est, nisi paupertatis fons, uitae imminutio, laborum, ac ærumnarum cumulus? HAS. O fallaces coniugum, & parentum nostrorum expectationes, o inuites eorum meditationes, qui nos forte bene agere putant, temporaque assidue dinumerantes non longe nos ab esse credunt, & crebro speculas adeunt, an uenientes uideant. PR. Id si cogitant, longe eos fallit opinio: nam quid nostro statu durius, quid miserius esse potest? Verè inquit ille. O miles, non homo, qui pascaris, quemadmodum uisitima, ut cum tempus ad uenerit, immoleris: nihil enim facilius militi, quam calamitatem, nihil uerò difficilius, quam salutem inuenire, HAS. Illud me magis excruciat, quod nulla spes reliqua est, ut hac aetate dulces natos, opatosque parentes reuiscere possimus. DECVRIO. Milites, quae res uos sollicitat? PR. Oculorum obrutu, ex uultu, & ex uerbis uos maximo animi dolore affectos uideo. PR. Quae res hilares nos potest reddere, si multa concurrunt ad miserias nostras exaugendas? Libertatis oratio, ac patriae, paupertas, labor, dolor, fames, sitis, egestas, incommoda denique omnia quibus septa est uandique militaris haec disciplina uide nostras lacernas, & clamides, uide thoracas, & penulas detrita, & lacera sunt omnia: uix saga super sunt, neq; adhuc integra HAS. Inspice, (quod magis infestat) oculos & crumenas, excute zonas. Vide an as quidem lateat. ne dum denarius. HAS. Ex ædibus nostris onustas attulimus, nunc adeo inanes sunt, adeo leues ut eas tenuis quilibet flatus in coelum tollat. Adhuc etiam contubernales nostris sumptibus sustentauimus. At modò quae res, quae spes duntaxat nos alere potest? quod animi solatium? DECVRIO. Fortes milites uirtus alit, et gloriae cupiditas. Neque enim aliam mercedem laborum & facinorum suorum magnanimi uiri experunt sibi dari, nisi hanc laudis.

Et

Vide litera-
rum incom-
moda, et qui
summus si-
an: in illis
percipiendis.

Quae litera-
ri uiri sibi
proponunt
debeant.

& gloriae, qua nulla maior, nulla melior optari potest. Haec merces haec stipendia Horatios illos, Mutios necios, Cincinnatos, Curios, Fabritios, caeterosq; Romanos duces nobilissimos in tot labores, & tot pericula coniecere. Nam optimo cuique insidet uirtus, quae non desit, & dies animum gloriae stimulis concitat, admonetq; non pro pecunia, quae parua res est, sed pro laude, pro gloria quae maxima sunt, assidue dimicandum esse. HAS. Hoc illud est, quod quaerebamus: haec tua uerba crumenas nostras expleret. Non uides te furdus fabulas narrare? Arbitror te non egere: nam si hic esses, aliter sentiret. Dum ualeamus, recta consilia aegrotis damus. DEC. In iisdem ego castris milito, iisdemq; & maioribus. ac uos, fragor laboribus copiosusq; alii: neq; cum ab sit pecunia, tot querelis (ut uos agitis) castra perturbamus. HAS. Si qua laborum molestia uos angit, dignitatis delectatio, quae in militia dura sunt, delinit, & leuat. Qui ualeat, non queritur: at in aedia uentre quietum esse non finit. DEC. Nihil est militiae magis aduersum, quam uentre, & ganeae uitium, uel Homero magistro, qui haec clarissime docuit. Scitis. n. que adinodum is in bellicis expeditionibus. in herouum mensis neq; pisces apponit, quamuis in Hellesponto moraretur; neq; elixas carnes; sed assas, quae facilius a militibus parari possunt; neq; unquam uariorum condimentorum meminit. Quare ex castris aequae arcadae sunt Syracusanæ mensae. Persicisq; apparatus, atq; Cypriae & Corinthiæ puellae. HAS. Nihil magis cauedum, quam paupertas nihil est magis noxium quam fames, Homero eodem teste locupletissimo. Apud cum non legisti Vlysis socios famem instigatos aduersus ducis imperium Solis boues mactare maluisse, cum maxima ex ea re supplicia sciret imminere, quam fame perire? DEC. Optime ignur scis in quae mala inciderint ex uentre uitio. HAS. Scio sed arbitror satius esse pugnando occubere, quam cum uentre bellum se perhabere. DEC. Age, age, haud decet fortè militè in simpulo (quod aiunt) fluctus excitare, nulla hic fames imminet, neq; eam timenda ibi esse duco, ubi omnia abunde suppetunt. Qui sub nostris signis merere studet, in primis amplecti labores ac uigilas debet, fugere luxum, delicias, & quicquid animum emollire potest. Quisquis, nam durus casus (ut ait poeta) uirtutis amore uicerit, is sibi laudem decusq; parabit. At qui desidiam luxumq; se quietur inerte, turpis inopsq; simul miserabile transiget auum. Sui uitae exemplum ex natura reb.; uidemus arborum partes aquiloni expositas multo esse robustiores, quam quae ad Austrum, aut ad Zephyrum spectant. Sic & hominum animi firmiores, fortioresq; redduntur assiduis laboribus, neq; magnum quidem assequi possunt sine puluere, & sudore. Quod si fortibus ducibus, magnopere laborandum fuit in urbe aliqua oppugnanda, quid nos agere oportet, qui uniuersum mundum petimus? Magnos sudores magna consequetur gloria. Vobis propositum est Romanorum facta imitari, postea frugalitatem, & sobrietatem non probatis, quarum uirtutum eos in castris praecipuos custodes fuisse legimus. HAS. Frugalitatem laudo, famem non probo: maximum hoc malum est. Neque ipse arbitror Romanos milites sine stipendiis militasse. DEC. Immo iam diu ab initio urbis nulla stipendia accepere, nam quisque de suo militiae munere fungebatur. Deinde anno urbis CCCXLVII. Anxure Volscorum oppido capto, ac direpto pedites primo stipendia accepisse inuenio. Equites uerò CCC. in Veienti bello uoluntate Romanorum annales, quorum scio uos studiosos esse, inuenietis post cladem ad Veios, acceptam moestis patribus, repente quibus census equestris erat, senatum ad iussu, equisque suis stipendia facere uelle, operamque Reip. extra ordinem pollicitos esse. Unde gratis a Senatu actis, placuit omnibus uoluntariam extra ordinem professis militiae aera procedere. Tunc equiti certus numerus aris fuit assignatus. Atque tum primum equis meruisse equites comperietis. Sic & bello Punico secundo constat Senatus decreto eo anno duplex tributum imperatum esse, simplex contentum exactum, ut stipendium praesens omnibus militibus daretur, praeterquam qui milites ad Cannas fugissent. HAS. Ergo tributa fuerunt eadem stipendia. nam res ipsa indicauit, non posse diu bella geri, cum belli neruis pecunia non adesset. DEC. Neq; magna ea fuisse stipendia putabitis. Nam polybius diurnum peditis stipendium obolos duos fu-

Nota: sobrie-
tatis bona et
gulae mala.

Quando sti-
pendia pri-
mam in cepe-
rim.

Hinc ani-
maduertere
non exercen-
da esse liti-
rarum stu-
dia licet cau-
sa sed sciendi
est, qui est
proprius il-
lis finis pro-
positus, neq;
decere pra-
ceptores, m-
erudendis li-
beris se lu-
cri audios
praestare.

isse scribit, ceteronionis quatuor, Equitis Drachmā, quæ apud Græcos tati est, quæti apud Romanos Denarius. Postea Imperatorum temporibus, peditis romanis stipendium denarium fuisse cōiicio ex militis cuiusdā uerbis, quæ post Augusti obitum Tacitus querētē inducit, graue esse militiā, & infructuosam, denisq; in diem assibus animum & corpus aestimari, & ex illis uestes, arma, tentoria, centurionum seuitiam, & uacationes munerum redimi. PR. Excute interius annales, inuenies fortasse præter stipēdialiquid et datum esse. DEC. Illud clarum est, frumentum, uestes, arma sæpe militibus tributa fuisse, detracta tamen à Questore rata pecuniæ summa. C. Gracchum tamen inuenio legē tulisse, ut uestes militibus daretur, nullā in partem stipendiis imminuris. Quāobrem nolite de exigua re tā grauer queri, dedecet. n. fortes milites querimonia. Spero Philaretum breui magnas hostiū opes esse nobis diuisurum, ita & honore, & diuitiis onusti donum redditis. Durate, & forti animo pugnatē, ut eius laudis, qua militia referta est, participes esse possitis. PR. Quis in tantis angustiis erecto animo esse potest. Huc accedit & Consulis seueritas; cuius prope Manlianum imperium à rebus æquo animo gerendis nos abstrahit. An nuper non uidistis miseros illos milites, quod aliquantum legnes in excubiis fuere, sustibus grauer cædi iussisse. DEC. Quæ tāta seueritas hæc est, si grauiora illorum inerta merebat? Sed dico uobis, seuerio ducis imperio militare disciplinam conseruari. Nisi. n. aspere in militia se dux gesserit, quotidie ea tanquam altera Africa noua parit scelera; Neq; bonialiquid; ibi adesse pot, ubi ducis imperium non timetur. Tria sunt belli gerendi capita, uelle, reuereri, & ducis mandato parere. His de causis neque patres filii pepercisse inuenimus. Scitis. n. quid Posthumii, & Manlii liberis contigerit, cum paterna mandata detractassent. HAS. Sed non ignoras quæ in se militum odia parentes concitarint, adeo ut ex alterius facto, quæ nimis seuera Manliana dicantur imperia. Quamobrem lenitate potius, & humanitate retinere satius esse credo, quā seueritate & crudelitate. Scis enim Quinctio aliter; ac Claudio cōtigisse, quorum alter benigne milites tractās uictoria potitus est, alter crudelitate sua ignominiam reportauit. DEC. At contra sapientes censent: nam interdum in multitudine regenda plus ualet pœna, quā obsequium. Illud uerò interesse arbitror: nam cā sociis imperamus, obsequio potius eos deuincire oportet, quā seueritate deterere, at in subditos pœna utilior est. Cauendum tamen ne nimia atrocitate in odium dilabamur. Neque ignoro pro temporum ratione, & pro personarum dignitate modō lenitatem, modō seueritatem esse adhibendam, eosq; qui alterutra opportune usi sunt, maximam esse laudem consecutos. Multa peregit Manlius seueritate; multa Coruinus humanitate; multa Annibal metu, permulta Scipio amore est affectus. PR. Sed nemo inficias ibit, Ducis humanitatem bellicis in rebus plurimum posse. Testatur id Camilli præclarum illud factum, cum pueros à magistro ad se adductos Faliscis benigne restituit, tum Fabritii, qui medicum proditorem ad Pyrrhum deducēdum curauit. Memoria dignum est illud Scipionis, cum post captam Carthaginē in Hispania captas uirgines asseruadas curauit, spōsamq; Indibili tā benigne reddidit. Præterea apud Xenophontē Cyrus non parum celebris est, cum ob alias animi dotes, tum præcipue ob lenitatem istam, de qua loquimur. HAS. Et qualis, quātaq; fuit illa Pyrrhi benignitas, seu magnanimitas potius, cuius meminere historici, dum is quosdam milites de se ipso parum sobrie, ac modeste locutos esse audisset, accersitos, an quæ dixerāt, uera essent percunctatus dicitur, cumq; ex illis audacter quidam respōdissent. Nisi uinum defuisset, ista que tibi relata sunt, præ iis, quæ locuturi eramus, iustus, ac iocus fuissent, non modō non se uere eos castigauit, sed iram conuertit in risum. Antigonus quoque quā humaniter se gessit, cum eos milites, qui prope tentorium multa in eum conuicia iactabant, monuit, ut longius abirent, ne eos Rex audiret. Quibus exemplis cuique parere potest, Ducis lenitatem magis, quā seueritatem conuenire. DEC. Fateor uera uos esse locutos. nā tanta est humanitatis uirtus, ut ea etiam aduersus hostes sit adhibēda. Scitis africanum

Seueritatem adolescentiorum recto vi esse, necesse fariam cum uerū etas in brica sit, non tamen tristē esse conuenit, ut ne que comitatem dissolutā, ne inde odium hinc contempptus oriatur

Diluitur que stio, seueritate ne, an lenitate potius gubernator uiri debeat.

Humanitatis exempla.

superiorem maximam ex ea re laudem retulisse, cum Masinissa nepotem inter captiuos inuentum anulo, fibulaq; aurea, & tunica laticlauiā, hispano sagulo, ornatoq; equo donatum, datis et, qui eum comitaretur equitibus ad auunculum remisit. Nec minor fuit Pauli humanitas in Regē Persen, cum eum iuxta se accēbere uoluerit. Nec minor Pōpei Magni in Tigranem, cuius capiti diadema ab illo resectum imponēdum iussit. Sic & Antonii, qui in mortui Bruti cadauer suū iniecit paludamētum. Quid Annibalis Pœni alioqui crudelissimi humanitatē i marcelli cineres referā, quos aurea patera clausos Romā remittēdos curauit? Tanta est humanitatis dulcedo, ut Barbarorum quoq; peccata interdum penetret. Sed nemo nescit exercitum à duce seueritate potius, quam lenitate cohiberi posse. Pauci. n. uirtutis studio ad præclara excitantur facinora, permultj formidine pœnæ à sceleribus deterrentur. Benignitas imperatoris ut plurimum bellicā disciplinā corrumpit. Huius causa plerunq; bella differuntur, quæ seueriori disciplina facile, & breui terminantur. Quādiu cessatum fuerit apud Numantiā ducis indulgentia in milites, legisse uos arbitror: at quā breui Scipionis arte bellum confectum fuit? Idē & de Metello in Africa scriptum inuenimus in bello aduersus Iugurtā gesto, cum castra superiorum ducis mollitie sedata expurgauit, Decet. n. castra omni labe, omni turpitudine vacare. Neq; n. aliā ob cām sic appellata fuisse scimus, nisi quod caste, inter grecos; in iis uersari oporteat. Eiusmodi in disciplina Romanos præcipue præstitisse non ignoratis, & huius uirtutis gratia magnanimos milites habuisse, & innumerabilia bella cōfecisse, totum deniq; terrarū orbē suo imperio subegisse. PR. Quis nō acriter insectabitur, potiusq; cōmēdabit Romanorū tetricā, atq; immitē disciplinā, quæ uel innocios leuissimos de caulis grauisimis afflicebat supplicis? Quis. n. laudabit unquā Africani minoris, & Pauli crudelitatem illā, qui fugitiuos immanib; bestias lacerādos tradidere? Quis africanus superioris, qui eosdē crucib; affixit? Quis Galbā nō immitē appellabit, qui militē quendā, quod si uenti modium in maxima annonæ caritate ceta denariis uendiderat, fame necauit? Quis Cassium nō improbabit, qui pugnæ desertores manib; pedibusq; amputatis superesse uoluit, ut cæteris exemplo essent? Quis Pescenninū nō immanissimum clamitabit, qui decem milites, quod gallum gallinaceum furati essent, capitis supplicio affecti? DEC. Inuertis ergo imprudentiæ, aut iniustitiæ notam populo illi, euiq; ducib; clarissimis, qui ob rerum gestarum magnitudinē, ob singularē admistrandæ Reip. peritiam, & incredibilem sapientiam cæteris omnib; sunt preponendi? An ignoratis pœnarum militarium genera plura apud eos fuisse pro delictorum ratione? non. n. paria apud eos fuere peccata, ut quidam philosophi existimarunt. Nā ut graua scelera seuerissime uindictabant, sic leuia leni aliqua castigatione corripiebant. Et ut benefacta indonata non dimittebant, sic male facta pœna esse putabant. HAS. Quot pœnarum generibus militaria errata Romanos duces castigasse inuenisti? DEC. Plurib; omnia tñ ad tria redigi posse uidetur, ad leuia, ad mediocria, ad graua, siue atrociora. HAS. Quæ appellas leuia? DEC. Quæ uerbis tantū exigebantur, aut miti aliqua actione. Hoc in genere esse possunt admonitiones, obiurgationes, ut Scipionem scribit Lilius Masinissam ad se aduocatū, & adductū in secretū benigne admonuisse, ut libidinū intēperantiā caueret, animiq; uinceret. huc et referri pot pugillariā traditio, quos tacite, & ibidē statim, qui deliquerant, legere cogebantur, et cum prohibebatur Imperatori currere. Mutatio tentorii ad hoc genus spectare potest, cum scilicet qui deliquerat, locum in castris mutare iubebatur, qualem pœnam Lilius scribit M. Pomponium Lorensem præsidio irrogasse, quod socios inique tractasset. Cui ad similes erat ab hybernis exclusio, quæ fiebat, cum a tectis aliquis exclusus in campo esse iubebatur. Sic cum stādo cibum capere cogebatur, quæ pœna Gracchus in 11. unico bello exercitū Voloniam affecti, quod in prælio socios deseruerant. Vtriusq; pœnæ Lilius meminit. Huc quoq; referri pot, cum qui spīa cespitē portare, uel discinctus stare ante Prætorij cogebatur, quæ pœnas Augustus irrogare cōsueuissē scribit Suetonius, ut Lucullū iussisse iugicis interiorib; solutis quosdā fossam coram exercitu excauare Plut. asserit, & Lampridius

Seueritatis exempla.

Pœnarū militarium genera.

Leniores pœnæ.

Alexandri iussu quosdam milites saga deponere fuisse coactos, quod militaris seditionis auctores extitissent. Nec minor ignominia erat, cum milites cingula, & balthea deponere iubebantur, quo poenae genere Herodianus scribit praetorianas cohortes ob necem Pertinacis à Septimio Seuero fuisse punitas: nam non licebat milites in castris incedere nisi baltheo, gladioque cinctos. H A S. Age postquam leuia explicasti, dic quae appellas mediocria. DEC. Quae dano aliquo afficiunt, non solum ignominia, cuiusmodi erat Multatio, siue pecuniarum poena, munerum interdictio, bastae, & equi ademptio, ad hordeum ablegario, sanguinis missio, metallorum effusio. Ita in equitatu recensendo L. Scipioni Asiatico equum ademptum fuisse refert L. Iulius: & Marcellinus scribit. Iulianum Caesarem equites quosdam, quod legiones in praecelio aduersus Perlas deseruissent, ademptis signis, hastisque diffractis inter impedimenta, & sarcinas & captiuos iter facere iussisse. Interdum ob graue aliquod delictum hordeaceis panibus integrae legiones ueluti cogebantur, ut Marcellum fecisse scribit Liu. aduersus cohortes, quae signa amiserant. Erat enim hordeum antiquitus gladiatorum cibus; unde & hordearia quidam eos appellauerunt, sic hordearium es, quod equiti pro hordeo dabatur. Hac poena inquit Vegetius Tirones affici solitos, qui patum exercitatione profecissent, nec eis frumentum exhibitum fuisse, nisi experimento dato. Quod uero ad metalla effodienda pertinet, quae poena affecti metallici dicebantur, arbitror uos à iureconsultis aliquando accepisse, qui de metallariis abunde loquuntur, et de sanguinis missione, cum iubebatur ignominiae causa militi uenam incidere, & sanguinem dimitti apud Gellium legisse. H A S. Cur hanc ignominiae formam in usu fuisse existimas? DEC. eius rei ratio in ueteribus libris non extrahitur: sed opinor factum hoc primitus in militibus stupentis animi, atque à naturali habitu declinantis, ut non tam poena, quam medicina uideretur. Postea tamen ob pluraque alia delicta, idem fastitatum esse credo, per consuetudinem, quasi minus sani uiderentur omnes, qui delinquerent. H A S. Age postquam & leuia, & mediocria genera exposuisti, explica atrociora. DEC. Ad postremum hoc genus referri possunt fustigatio, Scopatio, Manus abscissio, Decimatio, Securi percussio. Crucis supplicium, Ad stipitem succensio, uel surrectio, caeteraque ad uitae iacturam pertinentia, PR. Explica quaeeso quid fustigatio, & scopatio esset. DEC. arbitror fustigationem, quam & fustuarium & fustinarium quoque appellant, fuisse poenam, quae fuste infligebatur: unde Lampridius in Alexandro asserit, si quis de uia in alii cuius possessionem deflexisset, pro qualitate loci, cum aut fustibus fuisse percussum, aut uirgis in eius conspectu quam grauissime casum: & fustinarium meruisse legiones inquit Cic. quae consulem reliquissent. Sic L. Iulius fustuarium mereri scribit, qui signa relinquit. Iis quoque, qui non recte excubias egissent, hoc poenae genus irrogari solitum fuisse scribit Polybius. Scopationem uero arbitror fuisse, cum milites scoparum fasciculo manuali terga nudati caedebantur; quae interdum simplex erat, interdum cum ademptione capitis ob grauius delictum. Vnde apud Liu. legas. Nudi in medium protrahantur, & simul omnis apparatus supplicii, deligati ad palum, uirgisque caesi, & securi percussi. Sic integram legionem securi percussam fuisse in foro idem scribit, quod Rheginos male affecisset. Crucis supplicium scitis fuisse profugarum proprium. Decimationem, cum unus ex eo numero caedebatur. Vnde Liu. caetera multitudo, decimus quisque forte ad supplicium lecti: Sic Macrinum Capitolinus refert milites ob seueritatem centesimasse, & decimasse HAS. Quid illa ad Stipitem succensio, & surrectio; cuius modo meministi? DEC. Refert Volcatius Gallicanus in Cassio. Eum primum id supplicii genus inuenisse, ut stipitem grandem poneret pedum CLXXX. & à fummo ad imum damnatos ligaret, & ab imo ignem accendi iuberet, ut incensum alii alios fumio cruciatus, timore etiam alios necaret. Vopiscus quoque in Aureliano ait. Mnestheum surrectum ad stipitem, bestiis postea obiectum fuisse: quod supplicii genus Thureis, caeterisque barbaris peculiare hodie existit. PR. Auertant Dii, ne tale aliquid

in nostra castra pertingat. HAS. Dii prohibeant, ne in castris quisquam tam scelerosus euadat, qui eiusmodi supplicio obnoxius reddatur, ne Philareto detur occasio seueritatis in aliquem animaduertendi: nam, qui magna seueritate praeditus est, dicto citius id faceret. DEC. Quid tu de Philareti seueritate ais? mirum cur eius grauitatem non laudarem, aut immanitatem appellasti. Quid tu habes, quo eius naturam, ac diligentiam possis incusare? Ad eum in primis cuique facilis patet aditus; nemo est, cui non benignas aures adhibeat, neminem dimittit, nisi eius rebus integre, iustaeque expeditis. Vidistis ne eum unquam aliquos seueritatis, aut inhumanitatis appellantes? quae comitate milites omnes complectitur? quam fidelia consilia omnibus dat? quam omnes in uirtutis uia suo exemplo confirmat? PR. Laudamus haec omnia. At non magna seueritas illa est, continere semper milites in castris, duris eos laboribus fatigare, parco uictu alere; neque sinere ut castris egressi in hostium agros excurrant? DEC. Quod uos nunc accusatis praenimio studio fortasse iniusti, id quidem admodum laudabile est. Nam ut prudentem patrem decet liberos suos domi continere, in optimis artibus erudire, & à prauis consuetudinibus in primis arcere, ne in turpitudinem aliquam dilabantur, sic Imperatorem militaris disciplina iubet suos milites in castris coercere, neque sinere, ut libere, quocumque uelint, excurrant, ne eos palantes, aut praeda onustos inimici adoriantur, tum & in assiduis exercere laboribus: nefas enim est otiosos esse milites in castris; tum denique à uoluptatibus, & à libidinibus eos arcere. Non enim est maius periculum ab armatis hostibus, quam ab circumfusis undique uoluptatibus. Quas qui sua temperantia frenat, & domat, multo maius decus maioremque uictoriam sibi comparat, quam sibi peperit Scipio ex Carthaginensibus deuictis. Quamobrem nolite (quaeeso) amplius tantum uirum incusare, ac potius eius uirtutes aemulamini. Videtis quam sit somni, cibi, parcus, laborum quam patiens, in utilibus prospiciendis quam solers, in largiendo quam munificus, ab alienis quam continens, in consiliis capiendis quam cautus, quam celer, in committendis pugnis quam praestans: primus enim in initium praelium, postremus discedit: tum in ornandis strenuis militibus quam magnificus, denique in amplificando litterariae Reip. imperio quam uigilans, quam assiduus. Quod si quid eum seueritatis agentem conspicitis, existimate militarem disciplinam iure suo id postulare: dignitatis rationi, quam sustinet id dabitur, non naturae, cum suo ingenio humanissimus sit, ac suauissimus moribus, praeditus. Is nisi naturam interdum mutaret, & seueritatis uestem indueret, nullus miles maiori suo pareret, nemo neque hominum, neque deorum rationem ullam haberet, nemo edicta obseruaret, nemo esset, qui sacramenti immemor signa non desereret; nemo ordinem seruaret, foedareturque; libitò militiae: quot emanfores, quot de fertores in pugna uideretis, quot transtugas, quot proditores, quot facinorosos homines castra haberent, nisi eos militiae seueritas coerceret, ac vindicaret. Proponite uobis ante oculos potius huius seueritatis fructus: quot honoribus, & dignitatibus, quot primum legiis, & muneribus, quae fortibus militibus ab Imperatoribus exhibentur, onusta est. Quae iudicia, quae suffragia, quae subsellia in Theatro praecipua, quae testamenta pro militum uoluntate, atque arbitrio consocienda habet, quae trophaea, quos triumphos. Sic miris laudibus tollitis potius in caelum uirtutem istam, quae bella conficit, quae uictores milites domum reducit, quae denique urbi imperium prorogat, & tuetur. Sed quid est hic tubae sonitus? PRAECO Heus, Praefecti, Tribuni, Centuriones, & Decuriones. Iubet consul ut Tirones in campum eductos uariis armorum generibus exerceatis, ut signa sequi assuescant, & suos ordines cognoscere, neque id solum fieri oportet in planis, sed etiam in uosis, & asperis in locis; Producere quoque eos imperat in aciem simplicem, & ut subitò eam duplicare condiscant, tum quadratam repente constituere, modò trigonam, modò cuneum, modò orbem referre, ut cum ulus erit, formam eam reddere possint, quam necessitas postulerit: otiosa castra esse non uult. DEC. Parere oportet. Eia comilitones, quisque suo munere fungatur diligenter HAS. ipse ad stipendia

Attende Ioan. and partem, quibus in ampliss. magistratu gerendo iunior.

Corporis uoluptates licentia inprimis canendas esse, neque aliam ob causam obnumeranda, & minus licentia praefides uirgines fingunt.

De moribus et officio praepositoris uidentur est. Quin. lib. 2. c. 2. instituit orat.

PRAECO.

Mediocris caena

Poenae incidendae ratio

Gravioris poena.

dere possint, quam necessitas postulauerit: otiosa castra esse non uult. DEC. Parere oportet; eia omnes, quisque suo munere fungatur diligenter. H A S. Ipse arbitrabar ad stipendia milites vocari. ò grauem militiam, ò dura Literariae Reip. castra.

IOAN. BAP. RIN. DIALOGVS VI.
CVI TIT. EXPLORATIO.

FABIVS IORDANVS PRAEFECTVS VIGILVM
VESPASIANVS BARNABA. VELES EXCVBITOR.
HECTOR CARACCIOLVS PRAEFECTVS LEGI.
PHILAPLVS SPECVLATOR IDONAEI.

Ex his exploratorib. collige unū quem oportere probatissimorum auctoritatem scripsit suū deligere ceptis; ingenij tanquam propriis casibus immoari; sed interitū in aliena excurrere non malum esse, cum ex uariis uariis ex cepti possint uerum qui id agit excurrere debet ut explorator non ut transfuga.



V A B. Ista haec tanta, tamque importuna sollicitudo me exagitat? Quid hoc est, quod mihi ex animo quietem expellit omnem? Diu ne hunc ardorem menti iniiciunt? Eia ostende te quoque in his castris militasse.

VEL. Quicū ille loquitur? Praefeste, est ne aliquid, quod nos facere oporteat? Scis .n. tuo mandato nos semper obsequētes habuisse. PR. Nihil. Sed cura quaedā & somno, & mētis trāquillitati graue indixit bellum. VEL. Laudabile id quidem. Nihil .n. magis custodem decet, quam uigilantia: hanc semper nos admonent Leonina haec capita uallo affixa. Sed quae nam te angit cogitatio? domesticarum rerum fortasse? scio enim caram coniugem, dulcesque natos tibi domi esse relictos. Sed fas est pro Reip. Imperio augendo post habere haec omnia. P R. Aliud me exuscitat? nam ex quo in castris uersor, nulla me priuatarum rerum tenet cura, totus hic sum; eaque perficere studeo, quae fidum decet custodem. Agitur hic salus plurimorum ciuium, & fortium uirorum, atque ad eod totius exercitus. ubi si quid offenderem, uniuersa Reip. in maximum periculum, & extremum penē discrimen adduceretur. Vigilare igitur oportet, ne quid incommodi Reip. contingat. V E L E S. Utinam eiusmodi solertia insideret omnium animis, qui magistratum gerunt, ut suarum rerum obliui publicas tantum curarent: felicitate maxima fruerentur ciuitates omnes. Sed contra fit à plerisque; quotus enim quisque est, qui priuata non accuratius, quam publica tractet? Sed quid est, quod te sollicitum tenet? fac me, ut sciam: ad iurabo te, quod potero, aut re; aut consilio. Id te amicitiae causa postulo, quae incepta à paruulis cum aetate accreuit simul. Non ignoras, quid amicitiae lex postular. P R A E F E C T V S. Noui te, noui fidem, & animum tuum, & in laboribus, quos unā suscepimus, alacrem, & in periculis, quae unā adiimus, socium, & comitem haud segnum, & ignauium, sed solertem, & magnanimum. Quamobrem nemo hoc tempore mihi optatior contingere poterat, quicum omnia mea consilia conferre possem, quam tu, cuius fides, & amor iam diu aspersus in reb. optime perspecta sunt. Diis que maximas ago gratias, quod tantū amicū primū huius uigilie sociū fors obtulit. Quid optatius accidere poterat? VEL. Non minores ipse quoque ago, agamque dum uiuam, cum amicitiae tuae dono dederint frui, quam sapientes etiam propinquitati anteponendam censent, cum ex hac beneuolentia tolli possit, non ex amicitia. Illud praeterea & magnum duco, quod qui amicū intuetur, is quasi exemplar intuetur sui. Inde fit ut absentes adsint, egentes abundant, imbecilles ualeant, & (quod difficilius est) mortui uiuant. Huc accedit, quod

in vir.

Amicitia
Laudes.

in uirtute amicitiae fundamenta iacta sunt, non in utilitatis spe, non in uoluptatis incōstantia, quae res cum primum recessere, amicitiam quoque periri necesse est. PR. Nemi ni dubium est, nihil esse amicitiam. praecelarius, nihil homini utilius, neque magis necessarium, & aereis enim in rebus carere possumus, amicitia minime, quia haud secus uisumur, ac aqua, & aere. Unde si qui eam ex hominum genere tollere conarentur, idem agerent, ac si solem è mundo tollereat. Neque enim opes ullae sine amicorum studiis stare possunt, cum amicitiae donum secundas res ornet, aduersis magnum sit periculum, ac solatium. VEL. Adde etiam amico fideli nihil esse iucundius. Id ipse praecipue sentio, qui, cum primum nos amor iunxit, tanta per se uoluptate, ut celestem uitam mihi uideat affecturus: ita enim semper meo animo sedit. Ut nihil homini peius contingere potest, quam odio haberi: sic nihil melius, quam amari: Nihil praeterea esse iucundius uitae, nihil ad beneuolendum accommodatius, quam cum bonis uiris, & nostris amantibus uiuere. Sunt enim in his eadem studia, eademque uoluntates; quibus ex rebus efficitur, ut quisque altero aequae ac se ipso delectetur, fiatque (quod a iure) unus ex pluribus. PR. Non mediocri uoluptate igitur putabimus perfusos esse Scipionem, & Laelium, Augustum, & Agrippam, & praeter hos Achillem, & Patroclum, qui omnibus in rebus agendis neque solum publicis, sed etiam priuatis unā affuisse dicuntur. Eam enim iucundissimam amicitiam censere fas est, quae morum similitudine copulatur. VEL. Sed nollem dum de amicitia mutuos sermones conferimus, occasio agēdi, quod animo concepisti, praeteriret. Dic ergo quod inceperas, sciasque te illud amico committere. PR. Ardor quidam mentem exagitat, & tanquam Deus aliquis gloriae stimulis animum concitat: propterea agit mens ipsa magnum quiddam aggredi. VEL. Quid nam id est? accendisti meum quoque animum laudis gloria. PR. Cum nuper turrem hanc conscēdissem, unde hostium castra optime aspicere soleamus, uidi eos humi proiectos somno; uiuioque sepultos, nullam custodiarum curam gerere, nullum percepi de more strepitum, nihil tumultu, omnia late silent, ignes arbitror extinctos esse: Nam paulo ante parum micabant. VEL. Quid ergo animus te iubet inceptare? PR. Cupio speculatum illuc proficisci. Nam uel aliquid consilii ex ipsis excerpero, uel in somno sopitos irruens magnam hostibus cladem intulero. Agere enim aliquid oportet. & Reip. causa elaborare, ut ualido quando in castris nos quoque militasse restatum apud posteros relinquamus. VEL. Lau do hanc animi ardorem, Veror tamen ne hoc nimium calidum sit: nihil enim est tam inimicum consilii, quam celeritas. Nam praecipitata consilia neque reuocari, neque restitui in integrum possunt: neque arbitror hostes nostris castris presentibus tam segnes esse, & tantis in periculis somno indulgere. PR. At illud in dubium uenit, nam cum explorandi officium eius proprium sit, qui locorum situs optime calleat, nos uero cum nuper haec in loca peruenerimus, uereor an ipse uiarum diuerticula nouerit, nō prudentem esse te, & cautum, & fortem, qualem exploratorem esse decet, optime scio. P R A E F E C T V S. Non me uia fallit: nam frumentarium proximis hisce diebus à Consule missus, ut qui id animo antea conceperam, omnes huius regionis partes optime lustrari. Quamobrem recta ad hostium castra proficisci tam mihi difficile est, quam quod facillimum. Socium mihi dari cupio, ut solertiae meae testem habeam, Neque enim te mihi charissimum tantum malo adire periculum, ut si quid mihi humanitus forte contigerit, te superstitem, non omnino è uita excessisse uidear. VEL. Fas non esse duco, quem plurimis in rebus socium habueris, hoc in periculo comitem reculare: Neque sine me id te conari sinam: cupio fortunae tuae, quaecumque fuerit, particeps esse: quare non peiorem hac nocte comitem scias esse te habiturum, atque quondam sylus, Euryalum, aut Pyladem Orestes. Neque enim facile diiudicari potest amor uerus & fictus, nisi aliquid inciderit tempus, ut quasi aurum igne, sic beneuolentia fidelis periculo a quo perspicui possit. PR. Quid mihi opus est amorem experiri, tuum multis in rebus perspectum, & cognitum? immo te rursus in discrimen aliquod adducere prohibet amicitiae uinculum. VEL. Cupio mihi

Decet litera tum uirum aliquid in aspectum, lucemque proficere non solum ut caeteris prosit, sed etiam ut testatum relinquat se uixisse.

Exploratoris partes.

Amicus in periculis exploratur.

hi

hi gloriam aliquā parare; scis enim, si quod amici officium in periculis adeundis, aut communicandis exitit, id maximis laudibus omnes efferre, & pleniore quodam ore laudare; exemplo est illud præclarum Damonis, & Pythiæ factum, præter eorum incepta, quos nuper memoravi, quod officium miris laudibus prosequuntur historici.

PR. Dabitur alia comparandæ gloriæ occasio: in iis enim militas castris, in quibus quotidie accidit, quomodo optimus quisque nobilitatem assequi possit, & ex humo ueritatem tollere. VEL. At istam dimittendam non censeo, te præsertim huius laudis socio, & comite; nam certum est omnia tecum unâ adire pericula. PR. Ita me Dii ament, ut poenitet me hæc tibi enarrasse: scio senes tibi esse parentes, quorum ingrauescentis ætatis imbecillitas in amore conquiescit tuo. Mos, si quid tibi præter spem contigerit, miseram uitam acturos esse non ignoro. VEL. Boni aliquid spero esse nobis diuina numina allatura: scis quod dici solet. Dii facientes adiuuant, causas nolo necesse mihi inanes, fortunæ tuæ, quæcunque futura est, particeps esse volo. Sic animo decretum est meo. Muremus igitur uigiles, atque adeamus legionis Præfectum, qui prope adest cum tentorio, ne quid præter eius mandata moliamur. PR. Quid hoc, quando ita stat sententia, eamus. Optimum hoc accipio augurium, cum is mihi socius contingerit, quo comite semper fortuna meis aspirauit inceptis. Vigiles excubias diligenter seruate: est, quod nos facere oporteat iam huc recurramus. VEL. Dii boni, quam in triumpho præ gaudio. Nam præfagit animus præclari aliquid esse nos perfecturos: sed iam ad Præfecti tentorium uenimus. PR. Id iam uideram: oportet aliquem ex custodibus interrogare de Præfecto. Heus uigiles admonete aliquis uestrum legionis Præfectum, hic geminos Prætoriarum portarum custodes astare, qui cum seris de rebus sunt allocuturi. PRÆFECTVS LEG. Vigiles, cur me hac hora euocandum iussistis? fatin salua? PR. V. Et Salua, & felicitia omnia. Quod uerò faustum, felixque sit, magnum facinus aggredi in animo est; hunc que mihi socium sors obtulit, propterea; ad te properauimus, ut per te liceat de castris egredi. PR. Ileg. Quid nam incepturi? PR. V. Cupimus speculatum proficisci in hostium castra, ut aliqua ex eorum dictis, factisque exceptere possimus, quæ exercitui nostro ex usu sint: datur occasio; nam uino, somnoque passim fusos pergramina hostium excubitores exturri, quæ Prætoriarum geminas, cospexi. Rogamus igitur, ut mihi, socioque meo per te liceat extra uallum proficisci, & hostium castra adire, ut quid in illis agatur, optime cognoscamus. PR. L. Equidem & laudo, & admiror tantam animorum uestrorum præstantiam: sed uidete ne dum exploratorum obitus mueria, in transfugas abeat. Scio enim Idonaeam multis illecebris, blanditiisque, quibus pollet, permultos ad se allexisse, sed uos, ut fidos milites, & cordatos decet, quamprimum ad nos recurrite. existimate nihil turpius optimo militi contingere posse, quam à Philareto, & à Philotimo ad Idonaeam, & ad Rathineum deficere. VEL. Tantum dedecus dii auertant. Emori satius est, quam à fide, quam Reip. nostræ debemus, desciscere. PR. L. Facite ergo quod optimum esse, atque è Rep. nostra non ignoratis. Noui Præfeste tuam in agendis rebus solertiam; noui & huius ueluti, amici tui animum ad omnia pericula obcunda audacem, præcor deos, ut omnia uestra consilia fausta reddant, ac felicitia. Sed cur hoc in mentem uenit? PR. V. Reip. charitas nos stimulat, & gloriæ cupiditas, certum est aliis indicare; nos aliquando pro Literaria rep. militasse, & in eam boni aliquid pro uiribus contulisse, & si fieri potest, facta aliqua immortalitate digna scriptoribus tradere. PR. L. In maximam spem uenio, ex hac re non mediocrem esse uos laudem cõsecuturos: hoc enim speculandum, & explorandi hostium consilia officium ad fortes, & audaces uiros spectat, quales uos iam esse scio, & in primis prudentibus, ac claris militibus est committendum. Arbitror enim iam uos legisse Scipionem Africanum capta occasione mittendæ legationis una cum Laelio Tribunos, Cæturionesque leuissimos seruatorum habitu misisse in Poenorum castra, qui eorum uires, castrorumque formam accuratè explorarēt, quod illi quam diligenter per emissum equum exegerint, non ignoratis. PR. V. Ita, nã-

eorum

eorum opera effectum est, ut in illorum castra ignes immitterentur, & hostium multa millia cædere ur. PRAEF. Q. Fabium Max. quoque legimus Fabium Cæsonem fratrem per Cuminam siluam ad ætrusco speculatum misisse, qui cum ætruscae linguae peritus esset, Camertes, umbrosque ad populi Romani societatem allexit. Ecce idem & Duces ipsi. Quod cum nimium tutò Marcellus ageret, scitis quid ei contigerit. Nec minus Afrubal cum ad Metaurum copias haberet. Quare pergite alacri animo; sed cauere ne quid temere agatis ob nimiam gloriæ cupiditatem. Arbitror uos, quid acturi estis, prudenter consuluisse, bene consulere maximum lucrum esse existimantes. Ipse iubebo ante Prætoriam militum cohortem astare, ut si opus uerit, suppetias ferre possint. Signum aliquod uos dedite uel armorum sonitu, uel lapidum. PR. V. Mandata curabimus diligenter, semperque ante oculos feremus communem utilitatem. PR. L. Ipse omnia uobis opto secunda. Quòd si incolumes (ut spero) redibitis, expectate à Philareto præmia factis digna. Heus cubicularij, afferte huc galeas, & loricas illas duplices cum gladijs, quæ ad cubile adferuantur tentorio affixæ. Hanc extra uallum tesseram afferte. DVRATE. ne uobis impedimento sint equites, quibus circuitionis munus traditum est. Sed induimini primum loricas istas: sunt ad omnem ictum firmissimæ, his recti ibitis & magis tuti, & an imo audentiori. cingite hos gladios: firmiter arma maiorem animum gerenti adhibent: arbitror arcus, & pila, quæ geritis esse aptissima. PR. V. Et aptissima, & certissima; neque sunt in castris arcus, ex quibus certiores emittuntur sagittæ, neque quisquam in hoc exercitu militat, qui spicula hoc meo socio certiora iaculetur. PR. L. Deponite hic uestrum thoraces, adseruate uos eos diligenter: loricae istæ ob fuscum hunc colorem sunt nocturnis insidijs magis accommodatæ; neque n. facile conspici possunt, et sub his tutius latebitis. Sunt ne uestris aptæ humeris? PR. V. Aptissima: prudenter & liberalitati tuæ gratias agimus immortales. PR. L. Abite iam diis auspicijs, & scite uestras loricas uos ferre, & incolumes reuertentes pulchiores, & pretiosiores à Consule esse accepturos. PR. V. Tu præfeste ualeto, & orato deos, ut incolumes in castra reuertamur. PR. L. Heus uigiles edicite meo iussu Prætoriarum portarum custodibus, ut milites istos extra uallum prodire permittant, ipsi diligenter excubent, neque stationes relinquunt: horum partes duo ex uobis interea expleant. VEL. Quam uereor ne in lapides aliquos pedes allidam, uideo nos in salebras incidisse. PR. V. Quin tu attolle sensim pedes, eosque lente figito; nihil festinatione est opus. nosti illud, uos lente. VEL. Iam paululum extra uallum progressi sumus: quia iter agendum censes. PR. V. Sequere me hac ad dexteram. Scuto latus tectum semper habeto, manum e gladii capulo nunquam dimoueas tuo, ipse praeeibo, & duobus hisce pilis hostem salutabo, si quis occurrerit. VEL. Id mihi per mitte, tua semper lustrabo uestigia. PR. V. Ah quid agis, nimium properas, pederentium progredi oportet, ne salebrosa haec uia nos ex strepitu prodat hostibus. VEL. Hei misero mihi. PR. V. Quid est? VEL. Impegi ad lapidem, qui ferè unguem excussit, sed nihil est, calcei firmicas me seruauit. PR. Haec & grauiora pro literaria Rep. ferre oportet, quis optatam putat metam contingere. Sed acceleremus pro uirili, nam instare arbitror secundam uigiliam, & hostium castra aliquantulum hinc absunt. VEL. Aspice diuina numina nostris inceptis, nihil enim sine uestris auspicijs aggredi fas est. PR. Timet fortasse, quòd paululum pedem impegeris in lapidem, ne quid mali accepturus sis, ut Graccho contigisse aiunt, qui domo egrediens adeo pedem offendit, ut digitus decuteretur. VEL. Auertant Dii, ut talibus auspicijs castris egressi essemus. PR. At at, obmutescere. St. pax sit rebus. VEL. Quid est? PR. Nescio feram uideam, an hominem. VEL. Vbi nam. PR. Specta huc ad laeuam. VEL. Sinistra mala. PR. Siste paululum, ut quidquid sit, cognoscamus. VEL. Lupus equidem est, PR. Cur lupus? non micant oculi. VEL. mihi quidem steterere comæ, & penè faucibus uox hæret, quæ signa indicant adesse lupum. PR. Concedamus huc paululum ad septem istam, at cui sagittam apta; VEL. Iam dudum arcu contenta parato tela teneo, ne mulca quidem istum effugiet.

Spe-

SP. Haud longe ex hostium castris me abesse arbitror: utinam mihi aliquis occurreret, statim hunc hoc arcte reuinctum protraham in nostra septa, neq; graues meas effugiet manus. VEL. Praefecte mihi, non felices, speculator est. PR. Ipse est, mane, quò abis, sine propius accedat. VEL. Cupio in eum quamprimum irruere, ne è manibus praeda hæc elabatur. SP. Ipse accedam sensim, pedumque leuitate uix summa haerberarum culmina premam, intactas etiam fegetes relinquam, dabo operam pro uirili ut aliqua saltem ex eor' sermonib; excerpere ualea. Quod si dabitur, quid me erit beatus? VEL. Immo quid miserius, nescit miser decipulas sibi esse paratas. SP. Et si ollula hæc Naphtico igne referta ad tétorium aliquod immittere dabitur, ipse nunc proculdubio triumpho. VEL. Syphacis, aut lugurtae more mox triumphabis. SP. Iam credo Idonaeum equum insignè phaleris auteis iubere parari, & cum primam rediero maximo me gaudio omnes esse excepturos. VEL. Accede, accede, equuleus non tibi deerit noctes in castris, contortis phaleris obuolutus. SP. Sed qua insistam uia? Saxa hæc nimium molesta sunt, neque sen tes istos effugere possum, qui me assidue morantur. Quam male me habet: subus iste: dimitte me, quid credis hanc penulam illam esse, quam naufragium faciens cum mergo, & uespertione amisisti? VEL. adhuc iocatur; alius te expectat: ludus. PR. Accurramus, nunc ipsa uocat res, dum cum sensibus colluctatur. VEL. Rubos istos praemio aliquo afficiemus, nam fuere nobis pro licitoribus. Accedamus sensim, tu dextra, ipse sinistra. SP. Quid hoc mali est, ex ueste spinas istas extrudere non possum. Hei mihi, in hostes incidi. PR. D' etiuiam eius brachia arctissime post terga. Da funiculum istum. SP. per superos, si qua pietas uestris residet animis, dimitte me miserum. Mora in sepe legebam fame enectus. VEL. Maiora, & meliora leges in castris: dimitte lanceam istam, relinque & gladium. Quid hæc est ollula? SP. Est mihi usui ad parandas herbulas. VEL. Splendidas epulas nostris potius parabas castris; scelestè in hac ollula opiparam ori tuo coenam apparabimus, nisi uera dixeris, & nisi tuorum consilia omnia patefeceris. SP. Dicam omnia, uitam tantum deprecor. PR. uitam damus, id ne dubites, dum uera edisseras, nam si quid falsi dixeris, mendacii poenas hoc nobis lues iaculo. SP. Ita me Dii incolumem in patriam reducant, ut, quodcunque petieritis, uere narrabo. PR. Age ergo dic primùm tua ne sponte, an iussus huc accessisti? & cuius rei gratia? SP. Idonaeus maximis praemiis propolitis huc me compulit, ut hostium consilia explorarem. PR. Quid amplius? SP. Nihil. VEL. Necari hunc oportet, nam in limine ipso mentitur. SP. Dii me eradicet, & fulmine ad Orci nigra detrudant tartara, si quidquam mentitus sum. VEL. Vide os impudens, & cum ollula ista quid acturus eras? PR. Opiparam coenam nobis apparatus. SP. ita quidem, fateor me ea attulisse, ut in castra iniicerem, & si fieri posset, incenderem, ut ex ea re aliquam mihi laudem compararem. Date ueniam que so, nam hostes hostilia hostibus machinari fas, & belli iura sinunt, coguntque. PR. Dabitur uenia, dummodo illud uere dixeris; Vbi nunc Idonaeum reliquisti, ubi sunt eius arma, & equi: um qua diligentia castra adseruanda curat? SP. oscitantem in tentorio reliqui, ubi & arma humi proiecta iacent, cum me speculatum dimisisset, adeò segnis, adeò otiosus erat, ut non in militia, sed in lustris, & aleis uersari eum crederes: quos habet in campis cum paucis custodibus, nitidi sunt, et deambulationibus aptiores, quam committendis praeliis. PR. Quid, caeteri duces non ne excubias fedulo fieri curant? SP. nulas quidem, otiosi, ac segnes oscitantur aequè ac si eorum res non ageretur: omne tempus in choreis, & aleis traducunt, nihil ipsis ineptius unquam uidi. Atque ad eò, ut sciatjs, aduenit uesper cum x cohortibus Hypnophilus, neque adhuc castra ingressus est, nox, fonnusque festum de uia in campo oppressit. Quamobrem ipse, eiusque milites omnes sub dio somno sepulti iacent, stertuntque, nulli uigiles excubant, rerum omnium securi. Duxit hic secum nitentes equos, ne candidiores, quibus nihil pulchrius fieri posse

praedicant. Habet quoque magnam vim auri, atque argenti. VEL. hoc quoque fallum est, nam si is noctu aduenit, qui tu hæc videre in tenebris potuisti? SP. ipse meis oculis modò vidi, nam per medias illorum cohortes iter habui: passim aureae paterae, argentei lebetes humi vnà cum custodibus iacent. relinquit me hic manibus, pedibusque vincis, abite vos visum, an uera dixerim. PR. Immo volumus, ut nostra prius castra speculeris, postea tua nos speculatum ibimus. Dic quoque, quæ castrorum pars infirmior est? SP. Quæ ad occidentem spectat, hæc enim minus asseruatur. PR. Commilito, abducamus celeriter hunc in castra, ne qua agendi prætereat occasio. VEL. Vide quid agas, ego huc necarem, ne quid mali vnà cum ipso in castra ingrediatur. PR. id uerò ne dubites: nam vincis post tergum manibus seorsum astabit. Erat que militibus uel lufui, ut noctua auiculis, vel remedio, ut simia Leonibus. Nos intè rea nobiscum abducemus Curtiam cohortem, qua nihil est præstantius, & vnà cum ipsa Hypnophili tentoria aggrediemur. VEL. Ita quidem, nam eius auspicijs omnia in castris prospera contingunt, militantque in ea complures, qui & fide, & vigilantia permultis commodis Remp. affecere. PR. Eia Speculator nostra ingredi castra, ut de die postea clarius uideas, quæ de nocte non potuisti.

IOAN BAP. RIN. DIALOGVS. VII.

CVI TITVLVS. CONSVLATIO.

IOAN. ANDREAS CVRTIVS. CONSVL. PHILARETVS.

ANGELVS CONSTANTIVS QVAESTOR.

CAMILLVS PORCIVS LEGATVS.

ANTONIVS ROTA. PRAEFECTVS LEG.

FABRITIVS CARACCIOLVS CENTVRIO.



LEGATVS. Scitis non aliam ob causam Palladà armatam effingi à poetis, nisi quòd arma consilio regantur: parua enim ea sunt foris, nisi ad est consilia domi. Con. Idcirco vos vocaui (decet. n. senatores prudentissimos ad maximas res agèdas adiberi)

CON. Consultatio hæc admonee optimam di sciendi rationem certaq; sibi quæque propere de bere ad eam que omnes conatus labor esque conferre: Nihil enim potest quâ nullo fine proposito tanquam nauem nauis agitata uentis huc illuc impelli.

Voluptatis opera.

præ-

D vt

vt in commune conferamus, quo consilio, quoque ordine bellum hoc regere conueniat, quod iniri sumus cum Idonaeo. Te igitur primum, & quaestor prudentissime Reip. causa rogo, tum Legatum, & Praefectos legionum, quos aetate, & rei militaris peritia ceteris antecellere video, vt quae de ea re vestita sit sententia, proferatis. QVAE. Quando me appellas Reip. causa, cui omnia debemus, (& si res postulare videtur, vt agamus potius, quam quid agendum sit cogitemus) dicam tamen, quod sentio: exploratis enim consiliis, dictis facta poterunt melius accommodari. Illud primum mea quidem sententia statutum velim, quatuor in bellis gerendis praecipue esse spectanda, vires, locum, tempus, & ordinem, quarum rerum si nulla habetur ratio, nihil est, quod victoriam Dux sperare possit. CONSVL. Placent haec a te iam dicta fundamenta: ea tamen si pluribus explicaueris, & mihi, & ceteris erit tam gratum, quam quod gratissimum. QVAESTOR. Faciam, vt poterō: nihil enim magis exopto, quam tibi, & astantibus ceteris morem gerere. Vtinam vires adessent illae, cum iuuenis quondam multorum hostium, & fortissimorum latera districto hoc gladio petebam; id quoniam non datur, (sed enim gelidus tardante senecta sanguis hebet, vt inquit senex ille apud Vergilium,) prudentia, quae per gratam datur, Remp. adiuuare, quantum in me situm erit, studebo; vt clare cognoscat & iuuentae labores, & ingrauescentis aetatis peritiam me libentissime in eam consulisse. CONSVL. Dic ergo quid sentias, facile enim speramus eum, qui armis antea Rempubli. magnopere adiuuit, nunc consiliis eandem esse conseruaturum. QVAESTOR. Decet in primis, qui cum hoste conflictaturus est, eum virum suarum magnam habere rationem, parēs ne an superiores sint hostium opibus. Temeritatis enim est, nisi vires abunde suppetant ad victoriam comparandam, cum alijs conflagere. Nam qui suis copiis non antea optime perspectis pugna iniicit, eum procul dubio hecatomben ad hostes ducere arbitror. CONSVL. Quid agendum censes, si forte viribus hostes longe antecellunt, aut si belli domina eorum gestis vt plurimum videtur aspirare? QVAESTOR. Praestabit primum praelio abstinere, Fabiique Maximi exemplo vt, cuius disciplina cunctando potius, quam celeriter agendo ferocis, & felicitate exultantis Poeni vires fregit. Erit quoque exemplo Caesar, ducesque alij prudentia rei militaris insignes, quos semper pugna superfedisse legimus cū viribus hostem pollere animaduertebant; neque vnquam belli fortunam expertos esse, nisi necessitate pugnam postulante. Illud verò prudentis consilii esse statuo, maiores hostium copias vel callide distrahere, vel sensim imminuere, quod leuibus prelijs fieri solet. PRAEVL. Callidè ergo Sertorius omnibus suae aetatis ducibus & fortitudine, & prudentia anteponendus cum indicare vellet, Romanum exercitum tanto robore pollere, vt totus simul vinci nullo pacto posset, sed sensim imminutus, duorum equorum caudas militibus suis expilandas tradidit, quarum alteram cum robustis ille totam simul vellere non potuisset, alteram verò imbec illis quidam sensim facile imminuisset, quomodo cum maioribus confligendum sit, clarissimo probauit exemplo. QVAESTOR. Prudenter quidem. Neque alio pacto Marium cum Cimbris, & Theuronibus pugnasse legimus: neque aliter Caesarem plerunque cum Belgis, & cum Ambiorige: semper enim prudentis ducis est habitum, hostium vires suis aequare, sui que exercitus modum ex hostium numero metiri. Multum atque adeo omnia vires possunt; sed eas oportet ducis prudentia, & audacia regi: posse enim, scire & audere tria sunt praecipua belli instrumenta, quae victoriam sibi vendicant: nam vt posse actione duci facilem reddit, ita scire occasionem monstrat, audere ad exitum incepta perducit. CONSVL. Optima sunt tria haec belli instrumenta; sed quibus in rebus consistant scire expeto. QVAESTOR. Potestas, aliquid agendi postulat primum fortunae, quae appellatur, bona, tum publicam auctoritatem denique; propriam ducis grauitatem. Nam nisi exercitus optime suis armis instruc-

Decet enim quemque suas vires metiri ne quid temere aggrediatur.

Tria praecipua rerum bene gerendarum instrumenta.

tns

tus fuerit, & ducis mandato obsequens, tum ad obeunda pericula promptus: adhuc nisi commeatus, vestigalia, machinae, ceteraque instrumenta, quibus vel in oppugnandis urbibus, vel in propulsandis hostium incurfionibus utimur, abunde suppetat, frustra bellum aliquod suscipitur, irritique crunt labores omnes. Tum nisi publica auctoritate dux munitus fuerit, & propria virtute, cui maximus habetur honor, non video quid feliciter cadere possit, & ex sententia, cum plerunque auctoritatem, & virtutem felicitas consequatur. LEG. Nemini dubium, quin magna sit auctoritatis publicae, & priuatae grauitatis virtus, quae res, (& si cetera deessent) cum militibus ducis imperio parentes reddant, praeclearam victoriam ex hostium manibus extorquent: vt contra in castris nonobedientibus, nihil peius adesse potest. Quam ob causam & magna interdum seueritate Imperatorem vti necesse est; interdum & leuissima quaeque grauius poenis vindicare: nam plerunque leuis culpa maximas clades parere solet. Sed edisserere, quibus in rebus consistit ducis peritia. QVAE. Vt potestas, de qua nostra fuit oratio, sic rei militaris peritia tria necum ducit, naturalem astutiam, siue ingenium maus appellare, experientiam multarum rerum vsu comparatam, & disciplinam ex historicorum, & ceterorum auctorum lectione profectam. CON. Admodum necessaria haec videntur, nec minus quam ea, quae de agendi facultate dicta sunt. Nam quis non videt maxima ducem suo ingenio consequi posse; permulta quoque, & fortasse maiora vsu, atque arte; ingenio permulta Annibal assecutus est: plurima Fabius Max. vsu: maiora etiam Caesar peritia, & si ingenio plurimum valuit. PRAE. Hac in re non parum pollet historiae lectio, cuius optimus quisque princeps studiosissimus semper extitit. Declarauit hoc Traianus, qui Dionem scriptorem rerum suarum eodem curru in triumpho inuexit: sic Pompeius qui Theophanem Mitylenæum ciuitate donauit. Taceo Alexandrum, Caesarem, ceterosque clarissimos principes, qui quam historiae studiosi fuerint, & ipsorum, & ceterorum scripta abunde testantur, tum honores, quibus historicos sunt profecti. CON. Id adeo clarum est, vt probatione non egeat. Etiam Zenobiam illam Palmerynorum Reginam clarissimam legimus orientalem historiam in compendium redegeisse. Sed dic quam secum familiam ducit Audacia; quod tertium fuit a te propositum. QVAE. Triplici quoque famulatio haec instructa incedit: indiget enim animi impetu, corporis robustis viribus, & morum, vel animi affectionum apta dispositione. CON. Pulchra est familia, qua vtinam omnis dux stipatus incederet. Nam vt animi mores plerunque fortunam faciunt: sic qui praestanti animo magna aggreditur, ceteris maximo est incitamento ad praecleara peragenda. Sed iam tempus postulat, vt locum aggrediare, qui a te in secunda parte propositus fuit. QVAE. Recte admones: nam vires multum locus adiuuat; quis enim non videt, quid editior locus possit, & qui imminet hosti? Propterea semper eminentiorem eligendum censerem: nam in subiectos vehementius tela adiguntur, & plerunque non frustra cadunt, grauiusque feriunt: inde quoque maiore impetu fit in hostes irruptio. Quisquis enim aduerso nititur cliuo, duplex subit certamen, nec minus cum loco, quam cum hoste. Sic Pompeium ex edito loco cum Mithridate pugnasse comperio, & victorie comperem discessisse. PRAE. Idem antea & Lucullus fecerat, qui plani collis verticem nactus praeclearam illam de Tigraue victoriam retulit, cum parua manu innumerabiles Armeniorum copias fudit. Horum quoque exempla Caesar postea secutus aduersus Pharnacem in colle aciem instruxit, primoque impetu illius copias fudit, & in fugam conuertit. Quod cum celeritate ingenti egisset, merito tria illa verba VENI. VIDI. VICI. duxit postea in triumpho. QVAESTOR. At illud animaduertendum censeo, plana ne sint loca, an montosa, lenia, an asperana: vt plana equitibus, apriora sunt, ita montosa aduersa, quae uobis non recte equis dux utetur in asperis aduersus pedites, cum ibi equorum vsus ineptus sit; contra pedites melius se in inaequalibus, tueri aduersus equites possint. LEGATVS. Vera loqueris: nam exemplo esse potest, quod de Xantippi prudentia scribunt. Is enim cum primum

Quid superior locus ualeat.

Africos, qui cum Elephatis, & cum equitatu colles occupabant in plana deduxisset, ubi Romanorum pedites castra habebant, dissipatis illorum ordinibus, victoria potitus est. QVAE. Profuit interdum angustia loci aduersus maiores hostium copias. Sic Marcius Pyrrhi Phalangem in angustias traxit, quo detrusa maximo sibi ipsi impedimento fuit. PRAE. Profuere & Leonide Thermopylarum angustiae aliquantulum aduersus Xerxis pedestres copias, ut Salamis Themistocli aduersus eiusdem regis maritimas classes. QVAE. Illud quoque ad locum pertinet, & in primis cauendum censeo, ut eius modi eligatur, ne sol, aut puluis in praelio tuis militibus aduersetur: solis, n. fulgor perstringit pugnantium aciem, puluis opplet oculos, claudique, ventus quoque aduersus tua inflectit tela, hostilia adiuuat. Confirmat hoc memorabilis illa Annibalis victoria ad Cannas, cum aciem ita direxit, ut puluis, qui ab aura fluuui excitari solebat, a tergo in suos, in frontem, & ora Romanorum incideret. CON. Marius quoque aduersus Cimbricos, & Theutones pugnaturo idem confirmat, ita enim suos milites instruxit, ut aduerso sole ac vento hostilis exercitus infestaretur, qua ex re praclarissimum in urbem inuexit triumphum. QVAE. Praeterea & cum magnus est victoriae artifex, & machinator locus, tum proculdubio est omnium insidiarum receptor, & fabricatorum callidissimus. Quamobrem oportet quamplures audaces, ac fidos habere exploratores, quorum diligentia, & fides in locis explorandis optime pateat: arbitror enim vos; ut qui historiae studiosissimi estis, non ignorare, quas in calamitates Romani, & aliorum exercitus plerumque inciderint ex locorum ignoratione. LEG. Iam legimus, quanta ignominia affecti fuerint Romani ad furcas Caudinas iam ob imprudenter in eis clauum exercitum nobiles. quomodo Annibalis insidiae Marcellum abstulerint virum fortissimum, cum is nimium secrete, ne dicam imprudenter, & exploratum procederet in eum locum, quem illius calliditas praecipauerat. PRAE. Idem quoque locorum opportunitatem nactus non ne Fuluium cum octo millibus eecidit? Minutii quoque copias per insidias deleuisset, nisi Fab. Max. periclitantibus opem tulisset. cuius etiam nota strata gemmata ad Trebiam, cum milites inedia, & frigore affectos male multauit. tum ad Thrasimenum, cum Flamini maximas copias deleuit. QVAE. Magna ergo loci habenda ratio est, nam insidijs, quarum praecipuus in bellis gerendis est usus, occasione praebet. Quare etiam prudentem ducem existimo, qui loci oportunitatem nactus, ea callide utitur. CON. Hanc ob causam bene praecipunt, qui iubent, exercitus ductorem Geographiae peritum esse debere, neque prouincias solum, & regiones, quae maiora sunt, scire, sed etiam viarum qualitates, compendia, diuerticula, montes, colles, flumina, ualles, & minima quaeque: plurimum enim terrae, marisque locorum cognitio Imperatorem adiuuat ad res gerendas: cum omnia eiusmodi optime perspecta ad capiendam prudentiam maximum praestent adiuuentum. Neque aliam ob causam Homerus multi scium suum appellauit Vllysem, nisi quia mores hominum multorum uidit, & vrbes. QVAE. Decet quoque viarum duces peritos habere: Hi enim Afrubalem in calamitatem coniecere, cum ipsum Claudius cum Liuiio cito esset consecutus, tum ab incolis minutissima quaeque percipere, ne paucorum error totum exercitum in discrimen adducat. Denique ut loci, sic temporis quoque magna habenda ratio est. CONSVL. Quod ergo tempus committendis praeliis idoneum censet? QVAESTOR. Plura cum sint temporis discrimina, nam vel uernum, vel aestiuum, vel autumnale, vel hyemale appellatur, praeterea diurnum, uel nocturnum, uel serenum, uel nubilum, uel pluuium, omnes bellis gerendis idoneum statuunt aestiuum esse: propterea in eunte uere bellicos expedire decet apparatus, ut appetente aestate aduersus hostem tuto traducatur exercitus. Non dubium tamen quin hyemali tempore per multa bella optime confecta fuerint, & in calidis praesertim regionibus: aestiuum tamen magis idoneum est, cum frugum magna suppetit copia. Quod uero ad praelia spectat, ex reliquis temporibus diurnum accommodatius est, quam nocturnum

nocturnum: lumen enim pudorem bellatoribus affert, ne quid timide committant. quo etiam tempore militum uirtus cognoscitur. Adiuuat plurimum Tribunorum & Imperatoris praesentia, qua milites in officio continentur: noctu nulla satis idonea adhortatio esse potest, neque uirtutis, & timiditatis discrimen. Nox quoque maiorem animum addit hostibus, si locorum notitia confidunt. Huc accedit, quod hostis cum uinci se uideret, facilius nocturno tempore elabatur, & plerumque amici amicos uulnerant. Solet etiam terror nocturno tempore maior uideri. PRAE. His de causis credo Caesaris in Alexandrino bello noluisse noctu cum hostibus configere, quod nox illis, qui locorum notitia confidebant, audaciam afferebat sibi uero hortandi suos auxilium deesse uidebat. LEG. Sed cur Pompeius cum Mithridatem fugientem cuperet in praelium deducere, nocturnum tempus elegit, cuius auxilio uictoriam reportauit? QVAE. Quia id uisum fuit opportunius ad id, quod intendebat, perficiendum; tum ibi lumen non defuit: ita enim aciem instruxit, ut radiantis lunae lumen Ponticorum oculos perfringeret, suis uero illos perspicuos redderet. CON. Haec lunae commemoratio Caesaris factum in mentem reuocat: Is enim in Gallia cum comperisset Ariouisto religionem esse, & quasi lege sancitum, ne decrescente luna decertaret, hac arrepta occasione in pugnam callide pertraxit hostem, & superauit. Eademque pacto Vespasianum legimus Saturni die, cum Iudaei aliquid serij agere nefas esse putarent, eorum urbem aggressum de improviso expugnasse. plurimum enim ad ducis prudentiam pertinere uidetur temporis notitia, & occasionis praereptio, quam merito poetae fronte capillatam, occipitio caluam finxere, eiusque comitem Metanoram esse, id est poenitentiam, quae sola remanet, ubi occasio aliqua praetermissa est. Sed perge quae de tempore incepisti. QVAE. Prodest interdum in alio tempore pugnam differre: nam plerumque exercitus lassitudine, inedia, enectus facile superatur. Haec res praecalam Scipioni de Asdrubale uictoriam, laudemque attulit: is enim mane ieiuno exercitu a castris processerat. At Scipio in horam septimam pugnam protraxit, potu, ciboque suis militibus refectis, integrisque hostes sub armis fatigatos aggressus, cum se illi in castra reciperent, facile superauit. LEG. Idem in Hispania Metellum egisse comperio aduersus Herculeium, qui cum in Solis ortu instructam aciem eius vallo admouisset, ille in castris suis sub horam sextam continuit, atque ita defessos aestu hostes aggressus cum suis, qui integris erant uiribus, profligauit. Idem & alios factitasse constat, ut Iphicratem aduersus Lacedaemonios, & Tyberium aduersus Pannonios. QVAE. Prodesse etiam arbitror quandoque bellum protrahere, cum hostes desperatione coacti praelium expectant. Exemplo erit Scipio, qui Numantinos clausos continebat fossa circumdusta, neque in pugnam admittebat. Caesar quoque bello ciuili cum Afranio, & Petreio siti enectis, pugnamque cupientibus configere noluit, arbitratus alienum dimicationis tempus, quam aduersario & ira, & desperatione accederat. PRAE. Huius rei ignoratio Pompeio plurimum offuit: nam cum signa contulisset cum Caesarianis, quos necessitas angebat, magna cum infamia uictus est. CON. Verissima sunt quae de loco, & tempore adhuc copiose, & grauer locutus es. Quamobrem nisi quid aliud occurrit, ad quartum a te propositum deuenire oportet. QVAE. Superest ordinis ratio, cuius magna quoque uis est: nisi enim optime suis locis cohortes, uel equitum ala fuerint collocatae, de exercitu actum est. Nam quid non potest bene acies instructa palares uero milites, & nullo ordine positi quomodo uictoria potiri possint, non facile uideo. Perturbatio enim omnibus in rebus, & praesertim in praelio equae grauis aduersaria est, ac numeri paucitas, ac loci cuiusuis iniquitas. Propterea peritissimi duces in pugnae congressu illud primum pro uiribus conari debent, ut aduersariorum turbent ordines, si uictoriae compotes fieri optant. Sed quae nam sit ordinis ratio, cum a te, tuisque Tribunis sciam non ignorari, idcirco hac de re nihil amplius afferendum puto. CON. Constat inter nos ordinis dispositio: & si pro locorum qualitate alia, atque alia fieri soleat; tamen ordine cer-

to milites consistere oportet, suis .n. locis Rorarii, Iaculatores, tum Hastarii Principes, Triarii, Equites omnes constituendi sunt. Sed idud mihi dubium fuit: Cur inter quatuor illa à te proposita fortunam praetermiseris, quam humanarum actionum dominam appellant, & cuius vires in bellis gerendis ad amplitudinem, & ad gloriam plurimum ualere quotidie experimur: nam paruis momentis magnas rerum mutationes parit. QVAE. Non ignoro Fortunam in re militari multum posse, neque solum ad subeunda, sed etiam ad euitanda pericula. Quod ut Athenienses indicarent, effinxisse legimus eam urbes recti inclusas ad Demetrium trahentem: & apud Romanos morem fuisse, Fortunae aureum sigillum adseruari in Imperatoris cubiculo, eoque mortuo in successoris domicilium transferri: eidemque Ser. Tullium primam sacram aedem adiecisse. Confirmat idem & Lilius, qui tria potissimum in bello prodesse statuit, Militum uirtutem, Imperatoris ingenium, & Fortunam. Sed eius à me nulla mentio facta est: quod in nostra potestate non consistit: unde & Philosophi eam causam per accidens appellant, tum quia si quid prospere contingit non fortunae, sed suae prudentiae duces ascribunt, mala uero fortunae, quae cum accidunt, tunc omnibus horis, omniumque uocibus una accusatur, una agitur rea, solaque arguitur. CON. Bene quidem & sapienter.

Sed quid speculatore isti faciendum censes, qui in castra nostrorum uigilum opera perductus est? Q. Dimittendum censeo. CON. Aliquid ex te audio? Q. Vares. Nō abluere nec temere dictum audis, mea enim sic est sententia, speculatores hostium pro hostiarum & illorum uirium ratione accipiendos esse. Nam cum tuus exercitus hosti par non est, exploratores, ne quid referre possint, arte uinciendos, uel necandos censeo: at si sit peritorem cognoueris, proderit instructum exercitum eis spectandum tradere, in suosque benigne acceptos dimittere, ut Leuimum consulem de Pyrrhi exploratoribus fecisse constat. Cuius rei haec ratio est: referentes enim suis copiarum tuarum maximum apparatus maximo illos terrore commouebunt. CON. Perplacet hoc iterum consilium. Eia uos tractate speculatorem comiter: uideo .n. nostrum exercitum multo instructiorem, quam hostium esse: tum ex illorum castris multo maiorem. Q. Vares. Nolle te falleret hostilium castrorum aspectus, quae rotunda forma composita sunt: non enim ignoras sphaericam figuram omnium esse capacissimam, minusque ostendere, quam intra se concludat. Et ut euilibodi formam contemneret non debes, & si fossa, & uallo uideantur angusta, sic in longum castra protrahenda formidare non oportet, & in montibus praefectum: fallitur enim ibi plerumque unus riparum & uallium ratione: & interdum prodest angusta habere castra, metumque simulare, ut hostes negligentius te aggressi facilius uincantur. Quod Lilius docuit, cum in castra Claudium recepit, ut Africani dicitur deciperet. CON. Nescio quid sit, quod totis audis castris

trepidari. Abite tribuni, singulaque castrorum loca excurrete, ne qua seditio in castris coorta sit. Sed ad est centurio. Quid nam intencurio? latine salua? CEN. Hostes dicuntur propterea milites ad uallium cum militibus concurrunt. CON. Laudo militum praestantiam. Eia abeamus nos quoque, & nostra forti animo tueamur.



IOAN.

IOAN BAP. RIN. DIALOGVS. VIII.

CVI TITVLVS ACIEI INSTRUCTIO.

TIBERIVS BRANCACIVS PRAEFECTVS EQVITVM.

SCIPIO CARACCIOLVS LEGATVS

IOAN CAROLVS MERCATANTIVS TRIBVNVS PR.

FRANCISCVS BONAVENTVRA CENTVRIO PRIMIP.

PHILARETVS.

CONSVL



Exploratis iam militum animis: & ex uultu, uerbisque: optime pspectis cum eos ad pugnam bene animatos uideamus, nihil reliquum est, nisi ut cibo, potuque mediocriter refectos, è uallo optime armis instructos aduersus hostes educamus. LEG. Id nunc agere oportet ex Consulis mandato, iubet .n. ut omnibus copiis cum Idonazo decertetur, locum naeti sumus superiorē, tempus opportunum, hostes inertia languent.

Quamobrem talis, tantaque occasio nullo pacto est dimittenda. TR. Non quia hostes se griter omnia dicuntur agere, nos quoque imprudenter aliqua moliamur: si qua enim culpa ab hoste committi uideatur, dolum aliquem in ea re latere putandum est. Praefunque hostes ignauiam simulant, ut aduersarios imparatos adoriantur. LEG. Vera loqueris: nam Demetrius cum ex improuiso Sicyonios adoriri in animo haberet, tunc cecidisse dicitur Ceneas, ubi pluribus diebus luxu consumptis, adempto Sicyonibus, omni timore, eos subito aggressus expugnauit. Gallos quoque legimus, cum ad urbem accessissent portis subsecuisse aliquantulum, existimantes ibi aliquid dolere latere. TR. Nihil hostibus credendum est, uel ex eo quia hostes sunt, sed multo magis, cum calliditate pollent, quales nostros aduersarios existimo, qui saepe suis astutis maioribus claudibus nostram remp. affecere, quam Romanos Annibal. Quare non possum non magno opere laudare illud Fuluii scilicet, qui irritum reddidit Brucorum dolum, cum illorum milites male inuolauit sub pastorali habitu missos, ut prope Romana castra passcentes, quod à Romanis ageretur, excipere possent, & ad suos referre. LEG. Laudo tuum consilium, eaque de causa aciem instruemus haud secus, ad si eum Annibalem, aut cum Asdrubale ducibus fortissimis, callidissimisque pugnandum sit, hoc eum inerebilibi luxu, somnoque languentibus. Et tu centurio habes ne tuas cohortes optime artis instructas? CEN. Non solum omnibus rebus instructas, sed et fortibus alacribusque animis munitas, & ad fruendas hostibus insidias admodum callidas, eorum enim quaedam animo designaui, ubi ex ipsis aliquot in insidiis collocaui non paruum elade spero. Dicit uota fortunantibus esse me hostibus illaturum. Seio .n. praecellos duces, plura interit dum dolo, quam uirtute fuisse consecutos. LEG. Tu quod egeris, id uelim, Dii fortunent. Pollet in militia plurimum dolo, nec minus, quam uirtute, exemplo sunt Agathocles, Philippus, Cyrus, qui tunc uia multis uictoriis potiti sunt, sed in primis Annibal, quem apud lacum Thralimenum fugam simulante magnam Romanorum exercitum cecidisse constat: et per milites in insidiis dispositos Fabium superasse, Marcellum interfecisse, multa que astu assecutum esse: eadem fraude seimus à Samnitibus Roma-

Ex his collige disciplinam ordinem, ut percipiendas esse, si quis encyclopaediam affecerit; nec tenere in illis esse heresandum. Demetrii Siracagema.

Indicant ista in multis congressionibus ubi de re aliqua dubia disceptatur, plerumque ualere, merita sephismata quibus aduersarium superare possit.

nos ad Caudinas furcas magna ignomina affectos esse. PR. R. Non ne & Romulum legi-
 stis in oppugnatione Fidenarum, cum copiarum partem in latebris occultasset, illuc
 hostes simulata fuga protraxisse simul, & profligasse? At insidia eo tempore plurimum
 offunt, cum fama est, praesidia a qua aliunde accedere. Prodest quoque non solum mi-
 lites in insidijs habere, sed etiam fugam simulando hostes in angustum locum, vel in fo-
 ueam, ubi facile superari possint, protrahere. vt Metellum in Sicilia cum Asdrubale bel-
 lum gerentem fecisse scribunt, cum illius elephantes hastatorum pilis instigatos in fo-
 ueam traxit, ubi circumsepti, alii in multitudinem telorum obruti sunt, alii retrorsum con-
 uersi, atque in suos incitati totam aciem turbauerunt. Viriatum quoque inuenio Ro-
 manis equitibus cedere simulantem eos in hiatum quandam praetulum perductos, ac li-
 mo obrutos confecisse. Nemo. n. est, cui Lyfandri illud non infederit. Si leonina pel-
 lis non fatis est, addendam esse & vulpinam. LEG. Hæc insidiarum structura adeo
 dulcis existit, vt etiam foeminas bella gerentes illis vsus fuisse scribant. Nam quo pacto
 Tomyris Scytharum Regina Cyrum superauit, nisi metu simulato, eumque in angustias
 protrahendo? C. B. N. Cum his cohortibus, quas ego in insidijs locare constitui, dabitur
 fortasse hostilia castra capiendi occasio. Nam si nostri fugam simulabunt, eos cupidius
 insequentes a tergo ipse aggrediar, alios ad vallum praemitam, vt quid ipsi possint,
 experiamur. LEG. Dij faxint, vt tibi æque contingat, ac Fulvio, qui in Cimbrico bello,
 cum audire insequentibus Cimbris castra eorum relinqui animaduertisset, inita pugna
 cum ipse in insidijs a tergo valli subfessisset, ea aggressus facile cepit. TR. Non deue-
 re & alij, qui simulato vestitu in insidias hostem deduxere, vt Alexander Epirota fecisse
 dicitur, qui milites quosdam ex suis illyricorum habitu indutos iussit Epiroticam vastare re-
 gionem, quod cum illyrici, quibuscum bellum gerebat, passim fieri viderent, rati id a
 suis fieri, illuc concurrentes, in angustias protracti cæsi sunt. C. B. N. Idem Leptenem Sy-
 racusanum fecisse inuenio aduersus Carthaginienses, qui arbitrati suos milites Syracu-
 sanorum agros vastare. (erant autem illi Syracusani Pœnorum habitu ornati) illuc egres-
 si, tanquam opem allaturi ab insidiatoribus excepti cladem accepere. TR. Et quis non
 admirabitur Maharbalis Pœnorum ducis astutiam? Is enim cum sciret Afros uini admo-
 dum appetentes esse medicatum uinum mandragora in castris reliquit simulata fuga (le-
 uie enim prælium cum illis præterito die commiserat) quod cum Afri immoderate hau-
 sissent, somno oppressi, ac mortuorum more strati ab hostibus capti fuere. PR. R. Per-
 multa sunt stratagemmatum genera, quibus duces uti solent. Sed cum in leuibus pugna-
 rum mentionem incidere, non improbarem antequam omnes copiarum in aciem educantur,
 leue aliquod prælium cum hostibus inire, quam uelut pugnam Historicis, & uelita-
 tionem appellant. Profuisse enim uideo interdum eiusmodi certaminibus, quid hostis
 sua uirtute possit, & quid nostri audeant experiri. Nam cum Manlius Gallum singulari cer-
 tamine superasset, omnes Gallos in fugam egit. Eodem pacto & Valerius Coruinus
 Romanos suos aliquot leues pugnas inire cum Samnitibus permisit, ne eis nouum bel-
 lum, neue nouus hostis terrorem incuteret. TR. R. Quid nunc leuibus pugnis est opus sine
 spe uictoriae? immo omnes copias educendas censeo; sunt milites omnes accensi, para-
 tique pugnam expectant; cur parti dabimus, quod omnes uehementer expectant? Plu-
 res hic hodie uidebis sanguinem pro patria effundentes, seq; ipsos Deciorum exemplo,
 cum opus fuerit, deuouentes. PR. R. Agite ergo Litterarum Reip. fatis pro uiribus facia-
 mus: eius enim imperium augere, atque amplificare in animo est. Educere oportet ex-
 ercitus, vexillumque; efferre, cum quo ad arma concurritur, signumque; tuba dare. Sed or-
 do, aciesque; instruat, priusquam hostis adueniat: nam ubi in compositus est ordo, ibi nihil
 esse potest, nisi pavor, fuga, & cedes. Vt enim lapides, lateres, & ligna, tegulaeque qui-
 bus edificia constant, si nullo ordine proiecta iaceant, uilia sunt; si rite composita fuerint
 pretiosas ædes constituent: ita exercitus male instructus nullius momenti habetur: at be-
 ne compositus plurimum pollet. Illaque in primis in exercitu postulo, & ordinem, &
 impetum

impetum, quibus rebus Romanos plurimum ualuisse scimus: Nam qui impetu animi
 ducuntur potius quam ordine, eos in principio ferocissimos experieris leones, in re-
 cessu timidissimos lepores. TR. Sed cum exercitus suas habeat acies, ordines, principia,
 globosque militares, in quibus ordine certo milites consistere debent, scire oportet quo
 ordine, quauis figura acies instruenda sit. scio duas acies generales esse solere, in qua-
 rum altera Antesignani, in altera Postsignani collocari solent. LEG. Ita est, vt narras;
 sed aciei plures esse formas iam apud rei militaris peritos clarissime patet; easque pro
 rei, ac loci, & temporis ratione mutari. Est praecipua illa, quam quadratam appellant,
 & quae fit fronte oblonga, quadrato exercitu. Sed hanc prudentes quidam probare non
 solent; nam non semper equalis campus occurrit; Et si in medio sinus est, aut curuata
 ra, eo in loco acies saepe irrumpitur. Germani semper ferè hoc agminis genere utun-
 tur. PR. E. Iure id uidentur affirmare: Nam si multitudinem aduersarius superior est,
 a lateribus dexteram aut sinistram alam circumuenire posset, qua in te maximum pe-
 riculum est, nisi forte, & alij ad sint, qui hostium impetum sustinere, & propulsare pos-
 sint. Propterea hoc agminis genere ille conflagere poterit (ni fallor) qui plures, forti-
 oresque; legiones habuerit, vt ex utroque; cornu hostem circumuenire, & quasi in sinum
 exercitus concludere possit. LEG. Propterea sunt qui magis oblongam aciem laudant,
 quæ in longum protrahitur, & quæ densatur, & in quadratam redigi potest, cum
 usus postulat. Est quoque; acies illa, quæ Rhombi figuram habet, & qua Theffalos primos
 vsos esse Aelianus scribit, lafone eiusmodi aciei auctore. in ea equites constitunt; ver-
 tere se facile in quemuis prospectum possunt, neque a lateribus frangi, quippe cum latera
 praestantiores obtineant. Est & Triangularis acies, quæ cuneus proprie appellatur,
 & qua Scythæ, Thracæque praecipue uti soliti, quin & Macedones Philippi Regis mā-
 dato. Efficax eiusmodi forma quoque habetur, quod suos Principes circumpositos
 habeat, & fronte constet exigua, ita Principes uniuersi in hostem irruunt; facilem, ex-
 peditumque progressum, ac regressum habent. Lunaris dicitur, quæ & incurua cum
 crescentis Lunae more in cornua diducitur, ducesque in cornibus habet. Deducta
 cum vel a laeva, vel a dextera deducitur a decurionibus, quæ etiam dextera, & laeva
 deductio appellantur. Est acies duplicis frontis, cum medij tergis inter se oppositis
 consistunt, extremi cum hostibus conflagunt. Est acies duplaris antistomus, quæ suos
 duces non extra per deductiones, sed intus aduersos intra se positos habet; solet hæc in
 struam equites aduersarii forma rostri aggrediuntur. Acies duplaris latericeps siue
 Amphistomus, quæ uidetur in duo cornua diuisa, & cuius partes per deductionem cor-
 nu præposito oblique procedunt; hæc instrui solet cum aduersa acies in duo obliqua
 cornua scinditur: nam ita eius una pars aduersus dexterum hostium cornu, altera in si-
 nistrum perducitur. TR. Sunt ne alia aciei figurae praeter eas, quas modo attulisti?
 LEG. Plures, nam implexa nonnunquam dicitur, quæ serpentine spiræ formam habet,
 & quæ fieri solet, vt suae formae inaequalitate impetum facere possit in eos, qui promi-
 nent. Huius aciei duces id obseruant, vt si densa acie se hostes agant, ipsi quoque den-
 sa excipiant. Sin diducantur, ipsi quoque diuisi occurrant. Est & inflexa antica quæ
 diductis cornibus in sinum se circumagat, flexumque; imitatur. fraudem hæc in sagittari-
 os equites ita molitur, vt vel egressos, & cominus dimicantes suo complectantur
 sinu, & circumueniat, vel cornibus suis illorum ordines perturbet, atque ita medios
 milite alacriore possit euincere. Huic opposita est, quæ inflexa postica appellatur,
 nam vt illa in anteriori parte inflexum habet, ita hæc a posteriori eandem figuram
 seruat. quare & inuersa antica dici posset. Illud certum, ac definitum sit, acies pro lo-
 ci ratione, & hostium figura variari solere. PR. E. Scire cupio, ex istis figuris, quæ
 nam ordinandis equitibus sunt magis aptae. LEG. complures, nam quadrata, cuncta
 ta, rhomboides integra, & dimidiata, lunaris, incurua, oblonga, semper vsui esse solent,
 & praeter has additur interdum oualis, quæ ouis speciem imitatur. Sed iam tempus
 postulat

Aciei in-
 struendæ plu-
 res formæ.

Velitavis
 hæc pugna
 indicat non
 parum pro-
 deesse exerce-
 re adoloscen-
 ritulos in lite-
 rarijs studi-
 is clam, ut
 publice pos-
 sint idem co-
 modius face-
 re.

postulat, ut ordinem perfequamur. PR. B. Hoc opus est, ut cum hostibus praelium iniuri non ignoremus, quo ordine pugnare expediat. L. G. Romanorum instituta seruantes triplicem ex toto exercitu aciem constituemus, quarum prima Hastatos habebit, xv constantes manipulis, & inter se modico distantes (spatio: in fronte collocari poterunt; florente iuuenta milites, quos altera sequetur acies ex robustiore aetate, toridæque manipulis, qui Principes appellantur. Hos iuxta à tergo astabunt scutati omnes armis insignes; quorum erit agmen triginta manipulorum, & quos Antepilanos appellant. Tertium in locum obtinebunt Triarii in xv alios ordines distincti: ex quibus quilibet ordinis constet partibus, & tribus vexillis; horum primum habebit milites spectata virtutis, alterum Rorarios, minores robore, factis, & aetate; tertium Accensos minima fiducia, eamque ob causam in postremam aciem reiectos. PR. E. Hunc ordinem priscos Romanos antea se ruasse puto, sed pro temporum ratione alium, atque alium fuisse cōperio: nam Vegetius asserit, in prima acie exercitatos, ac veteres milites cōstitui morem fuisse, qui Principes dicebantur, secunda circumdatos cataphractis, sagittariis, & optimos milites cum spiculis, & lanceis, quos Hastatos appellabant. Hosque duos ordines explere milites aetate maturos, vsu confidentes, grauioribusque armis munitos; eorumque munus esse tanquam propugnacula stare, nec cedere, nec sequi, sed venientes aduersarios excipere, & stando, pugnando que repellere. Tertium ordinem facit ex militibus leuis armaturæ, ex sagittariis, & ex iaculatoribus quos Ferentarios appellabant. Quartum ex scutatis expeditissimis, ex sagittariis & ex funditoribus, & balistariis, hosque primos exire cum missilibus, & sagittis, inter Principes, & Hastatos, ad hostes prouocandos, victoresque vna cum equitibus persequi inimicos, at victos se recipere intra Principes, & Hastatos, qui totum sustinent bellum. Postremum ordinem à firmis missis, & scutatis, & omni armorum genere munitis bellatoribus obtineri, Triariosque appellatos esse, qui ut integri actius in hostes insurgerent, in postrema acie sedere conseruant, ut si quid primis ordinibus accidisset, suis viribus repararent. L. G. Sed nos vetustiores imitantes, ut aetate, & virtute, & moribus praestantiores primum locum hastatis assignabimus, qui primi belli pondus sustineant: interque hos Rorarii procurentes cum hastilibus praelium ineant, sintque vice roris, qui pluuiam solet praecedere. & cum his Ferentarii leuis armaturæ, sagittarii, & funditores aduersarios prouocabunt ante aciem procedentes, qui si hostes fugare poterunt, eos una cum equitatu insequuntur; si id minus poterunt pra hostium multitudine, ac virtute, recipiantur inter hastatos, qui eo tempore praelium excipient, neque solum missilibus, sed etiam cominus gladiis: qui si hostes fugauerint, eos non sequentur, ne turbent ordinem, turbati que à reuertentibus hostibus opprimantur: hoc enim munus sagittariorum, iaculatorum, & equitum munus est. Quod si hostem profligare non poterunt, pede presso, eos retrocedentes in suos ordines Principes excipient. Tum Principum erit pugna, sequantur Hastati: confidat interea Triarii sinistro cōtore porrecto, dextro genu innixi Cōsulibus nutum expectantes, si quādo eorum opera opus fuerit. nā si forte & Principes superentur, (quod Di omnia auertant) intra Triarios recipiant necesse est cum Hastatis. Propterea maius spatium intra hos relinquendum, quā intra Principes, ut vtrique intra ipsos recepti Triarios sequantur. Hi igitur vbi in intervalla ordinum suorum Principes, & Hastatos receperint, ex templo compressis ordinibus, claudunt vias, vnoque continente agmine in hostes incedentes, eos terrore maximo commoueant; Nam cum profligasse se aduersarios putauerint, nouam repente aciem inuenientes maxima perturbatione concutientur: ita cum fessis integri pugnantibus victoriam consequentur. PR. B. Hunc ordinem in bellando firmisimum esse puto; sed qui locus in acie equitibus dabitur? LEG. Equitum turma à dextro, & à sinistro cornu peditum aciem protegent, quod commodius equos flectere possint, cum vsus postulat. Neque enim aliam ob causam Ale dicuntur, nisi quod à laeum vice agminis corpus tegant. Equites ergo loricati omnes, & cum contis iuncti sint

pedi-

peditibus, hostesque arceant, ne à dextris, vel à sinistris in eos impetum faciant; sint inter hos velites, qui expeditius insequantur. Fuisse morem apud veteres inuenio, ut egregios iuuenes ad cursum consuefacerent, & inter binos equites singulos ex his collocarent cum leuioribus scutis, cum gladiis, ac iaculis, quod vna cum equitibus excurrerent, hastiliaque ministrarent, cum vsus postulare. Illud quoque ad victoriam plurimum interesset arbitror lectissimos pedites, equitesque habere paratos, & in subsidiis collocatos circa cornua, vel circa medium, ut siquod hostes irruerint, prouolent subito, acieque confirmet: formidabiliores enim sunt, qui à tergo de improviso accurrunt, quā qui praesentes adfunt. Hunc morem Lacones primos inuenisse scribunt, postea ab his ad Carthaginenses, & ad Romanos fluxisse. TR. Sunt ne qua praecipua, quae exercitum iam ad pugnam paratum tenere oporteat. LEG. Plurima. Nam quod ad progressum attinet; is erit non celer, ne milites antequam pugnam ineant, currendo defessi cum hoste firmo congrediantur; omnes milites ducis imperio intentos esse decet, ut non ignorent modò longius progredi, modò regredi; nunc ad dextram, nunc ad sinistram inflectere, dum clasicum inflatur, vel dum receptui canitur. Illud quoque admodum prodest (appello vos Tribuni & centuriones) nunciare aliquid boni militibus, contra aliquid mali hostibus accidisse. Tesseras quoque indicare oportet, aliquo armorum motu, non voce, ne hostes vti possint. ordinem deserere nunquam fas est, vel si cohortes progrediantur, vel si regredi cogantur. Sint arma nitida, & fulgentia, armorum enim fulgor hostium praestringit oculos, terroremque incutiunt. ineuntes pugnam clamorem tollant vna cum armorum strepitu, & tubarum fonitu, quos hostibus magno terrore esse solet. Illud animo statutum sit terga vertentibus certissimam mortem imminere. fortiter pugnantibus victoriam esse propositam. Excurrere Tribunos oportet in pugna per totum exercitum, laudibus fortes prosequi, ignauos minis deterrere, tardos incitare, oppressis opem ferre, optime denique inspicere quā se fortiter, quā timide quisque gesserit, ut pro meritis accipiat. Sed consul adest, ei occurrere oportet.

Qua praecipua decet milites mox praelium iniuros tenere.

CONSUL.

Agite iam legati, Tribuni, Centuriones, vosque alarum Praefecti, & legionum, educite acies, video enim milites cupide praelium expectare. LEG. Nos verò mandata curabimus diligenter. Huc conueneramus de ordinandis aciebus consultantes: Tribunaque tibi extruendū antea curaueramus, si quid nos alloqui velles. CON. Edicite ergo, ut primores exercitus in campum de more frequentes adfint.

CONSUL ET TRIBUNALI MILITES ALLOQUITUR.

Commilitones fortissimi, vos mente, animoque iam diu concepisse, reque ipsa iam cognoscere arbitror, aduersus quos hostes bellum à S. P. Q. L. nobis commissum sit. Singulari ferocia insignes immanisque eos antea fama, opinioque proponebat: at longè secus esse, non solum ex speculatore nuper est cognitum, sed etiam res ipsa comprobauit. Curtia enim cohors in eorum auxilia proxima nocte irruens, cum magnum hostium numerum profligauerit, multosque ceperit facile docuit, dictis facta non consentire, eosque non difficile posse superari. Cuius animus pauor, aut terror posthac occupabit, si iam omnibus exploratum est, multo minores esse hostium vires, quā nostras? quis non animo fixum habet, hos esse homines illos voluptati, luxuque obnoxios, qui otio, segnitie, somno, vinoque obruti omnia negligenter agunt, neque quidquam esse, quod prudenter, aut fortiter moliantur? Memoria quoque vos tenere arbitror, quoties eos alias vincendo, & victos persequendo praeteritis diebus absumpsisit, & quoties fugientibus acriter iustando terga vulnerastis; quae res non minori Reip. fuit adiumento, quā

quam vobis ornamento. Hæc res me quoque adhortata est; ut vos in aciem explicatis signis educerem, aut vnâ vobiscum, si hostes pugnam detrectauerint, in eorum castra impetum facerem. Bellum ingentis gloriæ suscepimus, illud conficere nunc res, tempusque postulat. Diu immortales quid decoris, quid laudis, quid gloriæ, quas coronas, quæ trophæa, quos triumphos in patriam referetis, si in hoc bello conficiendo eum animum geretis, eumque in pugna seruabitis, quo iam vos video affectos; nihil enim tam difficile, tam arduum esse potest, quod volentis virtuti non cedat. Nullum hinc effugium vobis superesse videtis, si quid indecore, turpiter, effoeminatè pati mini, hinc hostes, à tergo montes, vtrinque dextra, leuaque circumstant maria; aut vincere, aut mortè oppetere necesse est, in hoc erit summa & gratia, & gloria neque pro decore solum, sed etiam pro salute est certamen. Eiusmodi enim belli genus est, quod maxime vestros animos excitare, atque inflammare debet. Agitur primum gloria, pro qua optimo cuique omnis labor, omnis corporis cruciatus suscipiendi sunt: agitur sociorum salus cuius magna nobis habenda ratio est: aguntur certissima Reip. litterariæ vectigalia, quibus amissis quæ pacis ornamenta, aut quæ belli subsidia reliqua sunt? Quamobrem si verè estis gloriæ appetentes, laudisque cupidi, quales vos semper præstitistis, nunc illud est indicandi tempus. Cæsar & ante hunc Alexander tot vigilias, tot labores pertulere, quò nemo non eorum imperiis subiectus esset, nos verò nihil tætabimus & inglorij ex hac vita decedemus? sine honore, sine memoria extinguemur? hæc molesta sunt, cætera facilia inuenietis. Excitate ergo vestrorum animorum vires, concipite iram aduersus inmanissimos hostes, quibus cum non eo animo solum, quò aduersus cæteros hostes pugnare soletis; confligendum est, sed cum indignatione maxima. Nam qui Idonæum oppresserit, is hoc bellum teterrimum confecerit. Video vos scutis hastas illi idere, quod pugnae clarissimum est signum. Date operam ut quisque præclari aliquid in scuto expingere possit, ornatissimoque scuto à me donari, quod inter præmia non est parui momenti. Eia præfecti Diis bene iuuantibus educite legiones omnes, & cum his benè animatis cum hoste confligamus, aut in eorum castra inexpectati irrumpamus; pugnandoque potius, quam adhortando accendamus militum animos: prædam maximam hic spero esse nos effecturos; eam omnem vobis, militibusque vestris distribuere in animo est. Illud iterum statutum sit, aut vincere, aut si fortuna dubitabit, in prælio potius, quam in fuga mortem oppetere. Quòd si bene fixum omnibus destinatumque animo est, iterum dico, vicistis. Nullum enim incitamentum ad vincendum homini acrius à Diis immortalibus dari potuit, quam pertinax animus. Ecce iam vexillum efferi iussi, concinunt tubæ, nihil reliquum est, nisi ut aperitis castris omnes pristinae virtutis memores, animis freti, & hilarè, & libenter in arma concurratis.



IOAN BAP. RIN. DIALOGVS. IX.

CVI TITVLVS PVGNÆ EVENTVS.

OCTAVIVS ALTIMARVS. LEGATVS.

SCIPIO FRECCIA. COLLEGA.

HORTENSIVS PECTIVS. TORQVATVS.

M. ANTONIVS STROZZA. CORNICVLARIVS.



Is me oculorum acies fallit, illa mihi videntur Literariæ Reip. castra. COL. Illa quidem; en vallum, & signa; audin tubas laetum canentes. LEG. Non temere est: hic etenim tubarum tam hilaris concentus cum lituis mixtus victoriæ signum est clarissimum, opportune nos aduenisse arbitror, ut palàm ciuibus gratulemur: iam dudum nescio quid boni mihi præfagit animus. COL. Quis scit, an ludicra aliqua decursio sit in castris, eaque de causa cornicines, tubicines, buccinatores, tibicines, æneatoresque vnâ perstreant. LEG. Quidquid sit, accedemus, ut ex Reip. mandatis cognoscamus, an apud nostros rectè sint omnia.

Hinc conicere potes, non nisi diuturnis laboribus assiduisque vigiliis literas paratè leg. aliud rã difficile existere quã in disciplinis excellere.

TORQVATVS CORNICVLARIVS.

TOR. Quàm iucundum extra vallum spatiari posse iã fugatis Idonæi copiis: nunc re ipsa sentio, quàm verum illud sit, quod vulgo dicunt. Iucundi acti labores. COR. Idem & ipse experior, qui maximo cumolor gaudio; neque solum ob tam præclare partam victoriam, quàm quòd tam libere, tam tutò licet castris egredi, & hostilia etiam adire, vbi paulo ante tam minaces tendebant hostes. Nunc memoria repeto illud poetæ nostri; Iuuat ire, & Dorica castra.

Desertosque videre locos, Lituque relictum.

TOR. Sed plurimum diuino numini debemus, cuius benignitate effectum est, ut tam graues aduersarios tam citò, & tam facile profligarem. CORNICVLARIVS. Multum quoque Epimeliæ, & Sophrosines inuidis ducibus, & phalangibus, quæ maximo fuere adiumento ad tantam victoriam comparandam. TOR. Sanè quidem multum ornamenti ad nostram Remp. accessit ex foederatarum ciuitatum laboribus & vigilantia, quæ in rebus gerendis multum, ac potius omnia possunt. Sed qui sunt hi, qui ad nos veniunt cum magno comitatu? COR. Ex insignibus Legatos esse arbitror ex Rep. aduenientes, ut, quæ in castris gerantur, optime cognoscant. TOR. Procedamus ipsis obuiam, ut quid veniant, interrogemus. LEG. Sed ecce milites duo nobis obuiam, saluete commilitones magnanimi. TOR. Saluos & vos aduenisse gaudemus, eoque potissimum tempore, cum nostrarum rerum ciues participes esse oporteret. LEG. Quid est? sunt ne apud vos salua omnia? TOR. Et salua, & fausta, & felicia. Ex tubarum tonitu conicere potestis, hostium res esse penè attritas. LEG. Ain' verò? TOR. Sic est, id modò per te ipse senties. LEG. Id quidè credo: & iam paulo ante animus præfererat. Diu boni, quanto cumolor gaudio, ò faustum, felicemque diem, gemmeo notadum lapillo. Sed quid agie

E Consul

Consul? TORQVATVS. Latus iam laureatas tabellas ad Senatum mittendas parat victoriae nuntias, vt supplicationes in vrbe decernantur: ipse praeterea nihil nisi triumphum meditatur. CORNICVLARIVS. Sic ei detur amplissimus, vt summis honoribus semper se dignissimum praestitit, neque solum ob singularitatem eius sapientiam, qua in rebus administrandis quotidie vitur, sed etiam ob admirabilem munificentiam, ac liberalitatem, qua milites omnes ob praeclarè res gestas nuper est profecutus. Illud scite neminem ex praelio indonatum excessisse. appellari enim singulos iussit, millenasque drachmas hesternae virtutis ergò cuique dedit, aliaque permulta. LEGATVS. Id quidem non dubitabam: sed quae alia data sunt munera? TORQVATVS. Eadem, quae antea Romani Duces fortibus militibus largiri solebant. Armillae, torques, balthei, hastae purae, phalerae, vestes, signa, vexilla, vasa aurea, & argentea, equi, pecora, serui, caeteraque, quae omnia ipse viritum, vt quisque de se, & de Rep. meritis erat, liberalissimè erogauit. Seruos complures libertate, permultos veteranos rude donauit, quosdam quoque selectos viros honoribus, & titulis est profecutus. Vnde me in Torquatorum numerum torque isto aureo donatum ascitum esse ex insigni ipso coniciere potes. CORNICVLARIVS. Et me Cornicularium effectum cornu hoc argenteis laminaulis decoratum fortitudinis meae insigne clarissimè indicat. LEGATVS. Gratulamur vobis (vt pro meo Collega etiam loquar) istos honores vestros, maioresque in dies expectamus. Nec minus Deum precamur, vt Philaretum diu Reip. nostrae incolumem praestet, quandiu enim eius auspiciis ea geretur, Literarii ciues & bene habebunt, & per eius solertiam, ac liberalitatem permulta assequuntur ornamenta virtutum. Sed si qua pugna commissa est, scire optamus, quomodo ea processerit, & qui maximè in certamine praestiterit. TORQVATVS. Pugna quidem heri, cum sol medium ferè orbem attingeret, commissa est, adeoque atrox, qualem nullam post hominum memoriam exitisse arbitror. COLLEGA. Equidem id ipse quoque scire magnopere expeto; nam cum in castris permulti verterentur ex propinquis, & ex amicis, intelligere cupio, an superstites ex praelio excesserint. TORQVATVS. Id magnopere mirabimini; paucos ex nostris ex praelio graui aliquo vulnere saucios excessisse, paucissimosque in castris desiderari, eosque ex minuta turba: cum contra ingentes hostium copiae, maximi que eorum duces sint profligati. LEGATVS. Narrato nobis (nisi molestum erit) rem omnem ordine, ne tantae rei ignari castra ingrediamur, & ut tam praeclaram victoriam melius Consuli gratulari possimus. TORQVATVS. Libenter faciam, & eò magis, quòd dum Consul in statoribus, & nunciis expediendis est occupatus, ad eum aditus vobis esse non potest. Dicam primum quae ad totam pugnam in uniuersum spectant, tum quae ad eos, quorum virtus praecipue enituit in praelio, qua in re & commilito meus adiumento esse potest, neque enim solus omnia teneo, neque vbique in certamine affui. LEG. Ita quae so, (quando coepisti) animum expleas gaudio. TORQVATVS. Cum Idonæus ex leuibus aliquot pugnis, quas nostri cum eius militibus commiserant, & ex Philareti summa uirtute, ac singulari prudètia omnè victoriae spè abiecerit, pacis conditionem petere integer primum voluit, equiorem impetrari posse ratus, quàm si victus eam persequi postea coactus esset: antequam pugna iniretur, ad Philaretum nuntium misit, vt colloquendi secum potestatem faceret. Anceps diu stetit Consul, an ipsum in colloquium adhiberet: verebatur enim, ne qua infamiae nota ex ea re sibi iniuri posset: tandem ne inhumanus, aut timidus haberetur, hostem audire nihil mali esse ratus, colloquendi potestatem fecit, eò animo, vt uel ei grauissimas pacis conditiones imponeret, uel nihil, quod ab illo proponeretur, efficeret: ita summotis

Praemiss animus accenditur ad magna gerenda.

Semper cauendam esse voluntatem hanc indicat.

pari spatio armatis congressi sunt medio loco duobus comitibus tantum additis. COLLEGA. Arbitror pulchrum fuisse conspiciere tantos duces maximis rebus gestis inclytos vnà conuenisse. TORQVATVS. Admirabile quidem; nam couertere in se omnium oculos, & eò visum est admirabilius, quòd principio alter ex alterius aspectu admiratione mutua prope attoniti conticuere, cum Consul, quot ille clades literariæ Reip. intulisset, memoria repeteret, Idonæus contra, quot noster in Reip. imperio propagando labores, & pericula adisset, quantoque consilio bellum hoc administraret. Tum denique prior orationem ad Philaretum habuit, qua obnixè operam dedit, vt pax cum vtroque componeretur, pacis commoda multa recensens, incertosque esse belli exitus. Sed Consul vt qui optimè sciebat ex pace plurima, & graui Reip. damna imminere, nullas ab eo conditiones propositas accipiendas esse censuit; sed aut procul ex nostris sinibus Idonæum cum omnibus suis copiis recedere oportere, aut bella gerere. Ex quibus rebus cum altera Idonæum nullo pacto fieri posse, alteram necessariam esse statueret, animo infesto digressus, & minaci, Deos testatus, quòd vltro oblatam pacem Philaretus abnuisset, armis decernendum esse clamans ad suos rediit, subitoque pugnae signum dari iussit. At Consul latus, concepta ex felicibus auguriis victoriae spè, (sed quod melius auspiciis esse potest, quàm pro patria pugnare) ad suos reuersus statim pronunciat, vt arma simul, & animos milites expedirent ad supremum certamen, non in vnum diem, sed in perpetuum, (si felicitas adesset) victores. Dicit non potest, quanta alacritate, cum primum tubae insonuere, ad arma ab omnibus est concursus: nulla adhortatione opus fuit, cum omnes sua sponte rectè essent animati: Incitabat enim alio generis claritas, alios praedè expectatio, alios laudis & gloriae cupiditas, omnes verò patriæ charitas; contra Idonæus vt suis animos adderet, multa & sua, & maiorum suorum facinora iactitabat, plurimas Reip. Literariæ illatas clades, dedecus addebat, quod sibi contraherent, nisi fortiter pugnarent; ita nihil, quod egregium ducem decet, praetermittebat. At Consul triplici acie instructa multi que auxiliariis, in fronte constitutis, post quos pedites Sagittarios inter cornua inseruerat, processit. Aderat quoque maxima Velitum, rorariorum, ferentariorum, & funditorum turba; nec minus permulti Iaculatores, Tragularii, Fustibulatores, & Contarii, qui alarum instar in cornibus in prima acie versabantur, ut primi praelium inirent. Praefectusque primae aciei IOAN. ANT. CARACCIOLO Bucclanici Regulo magnanimo, à sinistro, & FEDERICO CARAFA Sanctolucid. Principi claris. à dextro cornu, quibus aderant focii FABIVS CVRTIVS & CAROLVS FILOMARINVS Sophrosines, & Epimelae legati. Acieque secundae praefectis. IOAN. BAP. CARAC. Et FRANCISCO PIGNAT. Tertiae verò ALFONSO ROTA. & CAROLO BONONIA, ipse medium nactus est locum, vt & omnium virtutes spectare, & sicubi opus esset, opem ferre posset. Idonæus tripartito etiam exercitu, multa Libyca monstra, veluti Laconicos canes, vel Numidicos elephantos in prima fronte constituerat, quot nulla vnquam in acie antea habuerat. Deinde multa Tarentinorum, Sybaritarumque auxilia, Syraculanis, Phaeacensibusque multis permixtis. In secunda acie Corinthios omnes, Asiaticosque, in tertia Afros, Maurorumque turbas innumerabiles, instruxerat, hisque Castrophilum, Rathymeum, Hypnophilum, Paretonium, caeterosque suos duces praefecerat. LEGATVS. Videris mihi Scipionis, & Annibalis acies instruere, cum de orbis imperio maximi duces illi in Africa memorabile illud inire praelium, cuius historiae meminerunt. TOR. Nò tã ouum ouo simile, quàm haec pugna illi ad similes exitit. COL. Sed perge (obsacro) atque vt aciei instructiones: sic pugnae initium, euentumque ediffere nobis. Cum primum

Io. Ant. Carac. Buclani et Regulus. Federicus Carafa.

igitur tubæ, cornuque à nostris crepuere, tantus clamor subito ortus, ut belluæ illæ Libyæ timore coccuffæ in suos maximè verterentur: Alique tamen ita obstinatè in nostros, ita intrepidè irruerunt, ut primo impetu inter velitum ordines ingentem stragem ediderint. Trepidare sinistrum cœperat cornu, permulti enim, ne belluis obtinerentur, viam fecerant. Tum IOAN. ANT. Caracciolus cornu præfectus (in stabat enim à tergo MARINVS CARACCIOLVS pater, ne familia dedecori esset.) in aduersas irruens caput belluæ abscidit, quem permultisui ordinis inscuti hastas, pilasque in belluas illas tot coniecere, ut hæc quoque ad suos reuerti fuerint coactæ. Ipse ut turbatos vidit hostes, addidit percussis terrorem. Processit in tumultu aliquantum Gastrophilus, ut suos confirmaret: at cum eo IOAN. ANT. congressus præclaram retulit victoriam, graui vulnere faucio secutum ademit, quod iam in tentoriis postibus fixum habet. LEGATVS. Egregius sanè iuuenis & fortissimo patre dignissimus. CORNICVLARIVS. Neque minus præclarè à dextro cornu, ubi ipse aderat FEDERICVS CARAFA se gessit. is enim cum innumerabili hostium multitudine, & feroci impetu hostium inclinari aciem suam videret, cum non solum tela, sed etiam vires nostris deficerent, & propterea hostes acrius instarent, quo etiam tempore FERDINANDVS CARAFA pater multis trophæis clarissimus, ut filio ad bene rem gerendam exemplo esset, ex ignauius pugnantis militis manu gladium detraxerat, interque primos acriter pugnare cœperat, ut aciem confirmaret & labentem belli fortunam diuino animi ardore restitueret; is inquam patris virtute accensus cum Aquiliferum fugam molientem conspiceret, brachio apprehensum, in contrariam partem retraxit, dexteramque ad hostem tendens, Quorsum tu (inquit) abis, illic sunt, quibus cum dimicamus: ita eodem tempore pater, & filius trepidantem legionem confirmantes, victoriam ex hostium manibus pertinacia extorqueri posse docuerunt, & simul omnem spem salutis in virtute consistere. COLLEGA. Hæc res nulla me afficit admiratione: exegit omnem fere vitam FERDINANDVS sub CAROLIV. Imp. præstantissimi auspiciis, neque illum prælium vnquam iniisse scio, quin clarissimum aliquod virtutis suæ specimen ediderit, vnde & Imperatori carus semper extitit, & bellicis, rebus clarus, & Reipublicæ nostræ semper cōmodus. filium verò patris exemplum sequi, cum fortes creentur fortibus, ne mini mirum esse debet. Sed dicite si qua de aliis dicenda sunt. TORQVATAVS. Horum virtutibus & si vehementer esset hostes percussus, tamen è prælio non antea excedendum esse putarunt, quàm omnia essent experti. Tunc Rathimeus arrepto pugnacium militum globo in confertissimos hostes irruit, tanto animi ardore, oculisque ita ardentibus, ut Enceladum, aut alterum Typhœum crederes. Huic occurrit ALPHONSVS ROYA Bernardini patris viri clarissimi iussu, qui prope aderat, suoque exemplo eum assidue commonebat. is ubi procul ex insigni, & propius, ac certius ex facie quoque Rathimeum agnouit, quem miro odio prosequeretur, inflammatu ira, Hic est (inquit) qui literariam Remp. grauibz affecit cladibus. Eia cōmilitones præstantissimi, irruamus in hoc tam tetrum monstrum, ut ex eius occisione magnam nobis gloriam comparemus. Hæc iniquis concitat calcaribus equum, atque ipsum ducem infesto petit spiculo, nec minus infesto animo concurrat Rathimeus, sed dum sui corporis protegendi immemor esset, auiditate vulnerandi transfixus est, sic præsentem patre de ea re non paruum gloriam reportauit. ille verò ictus à latere concursu suorum receptus in tutum est. LEGATVS. Et affuit in prælio BERNARDINVS, qui tam male sepenumero luctari solet cum podagra, & cum lateris dolore? TOR. Et affuit, & præfuit vna cum ANTONIO, ET IOANNE BAP. filiis præstantissimis, quorum virtus sæpe alias in maximis præliis pro Rep. amplificanda spectata est. Nā quid vnquam geri potuit sine Bernardini consilio?

Ferdinandi Carafa viri.

Alphonsus Roia.

Bernardinus Roia laudes.

quis

Quis eo in Remp. maiora contulit & commoda, & ornamenta? O magnum o præstantè virum, nullo labore, nullo negotio, nullo dolore retardari vnquam potuit, quin semper aliquid ad Literariam Remp. conferret; quiescit nunc in castris magnis cumulatè honoribus, neque quiquam est, qui eum non maximis prosequatur laudibus, & senectutis Nestoris annos non precetur, & optet. LEG. Sic viuat felix, ut maiori dignitatis gradu semper dignissimum se præstitit. COR. Nec minus & ipse vidi præter omnium expectationem D. TIBERII, quem modò HYPOLITVM cognomento appellat, virtutem se se efferentè, qui ubi aduersum globum inimicè perfringi posse conspiceret, vexillum è Signiferi manu acceptum in medium agmen hostium proiecit, se ipsum, suosque milites execratus, si eo hostes potiti essent; quod antea Vibium Pelignæ cohortis Præfectum fecisse scribunt; hunc primum ad illud petendum irruentem permulti milites præstantissimi sunt secuti, actoque cuneo in medium hostium agmen adeo acriter insiliere, ut non modò vexillum ipse receperit, sed etiam alij scuta ex illorum manibus extraxerint, multisque vulneratis ad secundam aciem propulerint. COL. Maximum est hoc virtutis specimen eò penetrasse, & tam breui, quò præstantes alii viri non potuerunt. COR. At si paulo ante affuissetis, audissetis ipsum admirabili dicendi maiestate militum gesta extollentem, traduxit enim omnes in maximam admirationem, cum iuuenis admodum tam grauitè, & diserte maximis de rebus ornatam haberet orationem. TOR. Est is verè Caracciolorum familiæ ornamentum, VINCENTIO patre equite præstantis. dignus. Huius exemplum eiusdem familiæ adolescentes primarij secuti sunt, quorum virtus in eodem prælio effulsit. LEG. Narra nobis qui nam sunt isti. TOR. HECTOR in primis & PYRRHVS ANTONII fratres vnānimes IULII CAES. filij honestissimi. LEG. Noui ego istos iuuenes egregios, qui ad caetera munera à Dijs data addidere & ipsi permulta belli decora, Hector quoque facundiam in foro, ut eo nemo sit lingua expeditior, nec fide in alijs tuendis integrior; Pyrrhus adeo scribendi elegantia præstat, ut penè patris præstantiam superare, nedum æquare videatur. Sed quodnam de se specimen tam clarè iuuenes dederunt? TOR. Non legistis Cossium in prælio aduersus Latinos, ut in hostes irrumperet acris, equites exuere frenos imperasse, quo tempore Romana iuuentus immixtis habentibus in hostium globum irruit, obstinataque animi præstantia ex hostium manibus victoriam extortam patriæ restituit? LEG. Legi idem quoque Romanam turmam in bello aduersus Santes magno cum honore ausam esse, sub Fabio Rutiliano equitum Magistro. Fuit ne quid tale in hoc prælio? ROT. Idem ferè; nam dum Hector videret hostium aciem nimis validam esse, neque frangi posse, turmæ, cui præerat imperauit, ut exutis frenis acrius in hostem impetum facerent; tum primum ob miram animi pertinaciã, indignatione, mique, quam ex ea re conceperant, omnium oculi flammarum instar exarsere, eius exemplum & Pyrrhus Antonius secutus idem & turmæ, cui ipse præerat, imperauerat: vnde tantus terror hostibus iniectus est, ut facile dissecti, ac dissipati magna ex parte aut caesi, aut capti fuerint. COL. Proculdubio omnibus in rebus milites nostri Romanos illos præstantissimos referunt, ita omnia eorum facta imitantur. COR. Immo quæ apud illos diuersis contigere temporibus, omnia ferè nostri hoc in prælio expressere. Et non legistis in pugna aduersus Volcos, cum parum feliciter pugnaretur, Romanaque acies iam inclinata propelleretur, iuuentutem equis delapsam se ipsam centuriasse, atque hostium exercitu perturbato, ac dimoto proximum collem occupasse? COLLEGA. Legi apud Liuium, istam omnem Volcorum impetum ad se traxisse, & legionibus salutare effugium attulisse, vtricemque ex medijs hostibus nocturno tempore erupisse. Qua ex re permulti affirmare solent Romanos iam diu omnè robur in pedestri militia collocatum habuisse. peditemque legionibus plus valuisse ea de causa, quòd sæpe equites ex equis descen-

D. Hypolitus Caracciolus.

Hector, & Pyrrhus Antonius Caracciolus.

debant, pedestresque cum hostibus pugnabant, ita apud lacum Regillum, & apud Soram pugnatū fuisse, scribunt. Lucillum quoque inuenimus cum paucis pedibus CL hostium millia superasse in bello aduersus Tigranem. Sed tu perge cuius gratia, haec narrare inceperas. COR. Nihil dissimile in pugna contigit; nam FABIVS MINA DOVS legionis praefectus cum hostium tertiam aciem firmissimis instructam armis nullo pacto disturbari posse conspiceret, (aduersa enim erat iniquitas loci; nam ex alto hostes in planum decurrebant, telaque in nostros coniciebant) equo delapsus, cumque ut idem equitum turmae agerent, hortatus esset, aceto cuneo in confertissimos hostes irrupit, proximumque collem, quem hostes occupabant, ascendit, signumque sua manu ibi statuit, quae res etiam effecit, ut hostium castra caperentur: imminebat enim tumulus eorum vallo. Itaque ex ea re magnam sibi gloriam comparauit, & THOMAM patrem virum consularem clariss. & IULIVM, ET SCIPIONEM fratres egregios in castris magnis virtutibus inclytos incredibili laetitia affecit. Ex eius latere Franciscus Chryfarius miles magnanimus, tanquam fidus Achaes nunquam discessit. itaque eius gloriae fuit & spectator, & particeps. TOR. Sed duorum commilitonum clarissimorum contentio omnes in media acie in admirationem traduxit. arbitror vos nosse CAROLVM PIGNATELLVM, ET IOANNEM BONONIAM. LEG. Quid ni? horum laus non oblcuro loco sita est: scimus enim omnes quantum ingenio polleant, & quam ciuibus omnibus ob singularem morum suauitatem carissimi existant. Sed scire cupio si qua memoratu digna ab his edita fuerint. TOR. Nostis eos semper maximas habuisse contouersias, uter alteri anteferreretur. COL. Noui ipse quoque omnibus annis de loco summam fuisse inter eos contentionem. TOR. Cum igitur acerrime vtrique pugnaretur, quid dubitas Carole (Ioannes inquit) aut quem locum virtutis tuae probandae expectas? hic dies de nostris contouersis iudicabit: hisque dictis cum ex equo descendisset, in confertissimam aciem irrupit; subsequitur Carolus astantium veritus aestimationem, sed mediocri spatio relicto: Ioannes pilo in hostes immisso vno ex multitudinem procurrentem traiecit, quo exanimato, in hunc hostes incurunt, vniuersaque tela coniciunt, transfigitur scutum; auerterat casus vaginam, & gladium educere conantem inuadunt hostes, impeditumque circumstant: accurrunt CAROLVS amici casum miseratus, & laboranti subuenit, ad quem multitudinem conuersa, secedit paululum Ioannes, Carolus cominus gladio rem gerit, atque uno interfecto reliquos aliquantum propellit, dumque cupidius instat in inferiorem locum delapsus concidit; huic rursus circumuento tulit auxilium Ioan. atque ambo incolumes compluribus interfectis summa cum laude hostes sunt penè ad castra insecuti. LEG. Id vbi nostra Resp. audierit serio triumphabit: optat enim vtrisque omnia summa atque felicia. Neque tanti fuisse apud Caesarem. T. Pulsum, & L. Varenum arbitror, apud quos eandem fuisse contentionem constat, quati isti debet esse apud consule. TOR. Ita; nam eos inter primos habet, maximisque affecti muneribus. Enicuit & praeter ceteros CAESARIS CVR TI vir tus: is enim cum pro tumulo, cui praepositus erat, dimicaret, ab Idongi militibus circumuentus ab eo illuc missis, ut editum locum caperent, permultos, qui accedere ausi sunt, interemit, in gentique edita strage non amisit locum: eum enim acerrime turatus est; sed corpore multis iaculis transfixum, alterum Scaeam censeretis hunc extitisse, LEG. Quam vereor, ne quid ei mali contigerit: est enim miles Literariae Reip. praestantissimus, fide in patriam, humanitate in omnes, claritate in parentes, pietate in Deum nemini secundus. Eius morte maxime in luctu ciuitas versaretur, nam ob incredibilem ingenii suauitatem, summamque eloquentiam est omnibus adeo carus, adeo gratus, ut gratus esse nihil possit. TOR. Rogamus omnes, ut vna cum ceteris fratribus praestantissimis superstes sit parentibus optimis, nihil enim fortius, nihil humanius fieri potest hac Curtiorum familia, ex qua maxima pars legionis Martiae constat. Horum virtutes

Fabius Minadous.

Iulius, & Scipio Minador.

Carolus Pignatellus.

Ioan. Bononia.

Caesar Curtius.

Curtij laudantur.

quis narrando assequi potest? ex ipsis nemo est, qui non insigni aliquod facinus ediderit: dabitur postea cognoscendi locus: sed audite Philareti consulis praestantia. Is quoque cum hostes tam acriter (ut diximus) instare conspiceret, nostros vero aliquantulum trepidare, scuto vni ex militibus detracto (quod ipse edine scuto venerat) in primam aciem processit, centurionibusque nominatim appellatis reliquos cohortatus milites signa inferre, & manipulos laxare iussit, quod facilius gladiis vti possent; eius aduentu spes illata militibus, ac reintegrato animo, cum pro se quisque in conspectu Imperatoris etiam in extremis suis rebus operam nauare cuperet, hostium impetus fractus est: itaque fortius pugnatum. COL. Is verè se alterum Caesarem in praelio aduersus Nervios praestitit. TOR. Quid ni Caesarem imitaretur, qui omnibus in rebus illius ducis munificentiam, ac fortitudinem imitatur? Hoc consulis factum cum timidiores hostes, nostros vero ad pugandum alacriores effecisset, eorum auxiliares, qui in prima acie pugnabant, non solum pedem referre, sed etiam terga dare incepere, quare in suos versi partim in secundam aciem refugere, partim à latere in tertiam, suosque se non recipientes vi perumpere conati sunt; sic Idonaci copiae & cum suis, & cum nostris praelia miscere coactae sunt, propterea illos densatis ordinibus in cornua, vacuaque circa capum extra praedium eiecere. Processit hostium secunda acies, & firmi cum fessis pugnam iniere. Id cum Consul animaduertisset receptui prope caneri bastatis iussit, & fessis in postremam aciem subductis Principes, Triariosque in cornua induxit, quod tutior, firmiorque media Hastatorum acies esset. Ita nouum de integro praedium ortum est; quippe ad veros hostes peruentum erat, & armorum genere, & usu militiae, & fama rerum gestarum, & magnitudine vel spei, vel periculi pares: sed animo, & numero Literarius populus superior erat, iam prima acie pulsa, pugnabatur vtrinque; acriter, cum IOAN. BAP. Cilentijs Regulus & CAROLVS BOLONIA equitum praefecti in auersam hostium aciem incurere, is demum impetus percussit hostem, multi circumuenti in acie cecis, multi per patentem capum fuga spargi coeperant. Id vbi consul vidit, praemittit interea FERDINANDVM LOFFREDVM Magni Ferdinandi nepotem egregium legatum cum parte equitatus, & cum tribus cohortibus, ut in hostium castra irrueret, qui vbi eod peruenit, circumspexit hostium castris, cum à posteriore porta ea parum munita, facilemque aditum habere cognouisset, clamore ab ea parte sublato, nostri redintegratis viribus, (quod plerumque in spe victoriae accidere consuevit) acriter vallum perfringere coeperunt, quo rupto, (et si milites praesidio relicti constanter, & non timide pugnarent,) hostes subito terri, & vndique circumuenti desperatis omnibus rebus se per munitiones deiecere, per campos fusi trepidantesque, & fuga salutem quaerere contenderunt; Eos FERDINANDVM cum equitatu apertissimis campis insecutus permultos cecidit, adeo ut ex tot hostium numero perpauci fuga salutem inuenerint. Idonaeus cum castra capta esse audiret, multis millibus ex suis cecis vix per cumulos suorum, & labem sanguinis cum paucis equitibus inter tumultum elapsus ad Sybaritas per fugit; omnia & in praedio, & ante aciem priusquam excederet pugna expertus. COL. Quam gaudeo Ferdinandum minorem tam strenue se in hoc praedio gessisse, ut etiam primis hostium castra coeperit. iam Auum imitatur, cuius consilijs Resp. nostra semper stetit, stabitque dum uiuet. LEG. Id quidem nemi ni dubium est, eo uiuente Remp. per multa habituram esse & pacis ornamenta & salutis subsidia; cum tantus Princeps maxima polleat belli gloria, maximisque viget consilijs, nec minus floreat rebus bellicis, multisque fulgeat trophaeis, & triumphis. Cuius exemplum securus & CICEVS filius ad paternam animi magnitudinem permulta addidit & liberalitatis, & vberioris doctrinae ornamenta. Sed FERDINANDVS minor auitas & paternas laudes ab ineunte aetate semper aemulatus videtur, quare non paruam de se expectationem concitauit, in se vno & aui, & patris virtutes esse conclusurum, fo-

Philareti factum.

Ioan. Bap. Car. Carolus Bononia. Ferdinandus Loffredus.

Ferdinandi Loffredi Treuici reguli laudes. CICEVS.

reque tertium ciuitatis lumen clarissimum. TOR. Hac igitur re felicissime gesta, hostiumque reliquis fuga salutē petentibus receptū canere iussit CONS. longiusque eas proficere no iuit, quod siluac, paludesque intercedebant. Sic in castra magna militum acclamatione, & praeda cum omnibus suis copiis incolumibus se recepit. COR. Nemini mirum videri debet, si tam praecleara victoria de hostium manibus praerepta est, eum in nostris castris tot praestantissimi Patritii, totque nobilissimi Senatores imparent, qui omnibus rebus gerendis optima suggerunt consilia. Quis enim dignis laudibus proficere poterit ANTONIVM CARAFAM S.R.E. Cardinalem amplissimum, multis literis, & virtutibus ornatissimum. Quis IVLIVM ANT. SANCTORIVM Sanctae Seuerinae Cardinale in integerrimum non minus doctrina, quam probitate insignem? qui & si in longinquis morentur regionibus, inde tamen pro viribus nostrae Reip. castris fauere nunquam desistunt. Quis MARIVM CARAFAM. Neapolitanam Antistitem, sui gregis pastorem vigilantissimum, qui incredibili pietate, ac charitate, tum alumnis acri ingenio praeditus, totum denique suum gregem in diuino cultu sancte pieque erudiendum curat? At praeter hos quis non summis honoribus dignum existimabit M. ANTONIVM COLUMNAM. omnium consensu Principem belli, pacisque artibus, multis triumphis victoribusque clarissimum, & illa praesertim, quam nuper retulit, ingenti ferocisque Thurcarum classe fortiter ad Echinades profligata? cuius rei gratia eum triumphantem vidimus cum insigni laurea in capitolium ascendisse sub Pii V. auspiciis. Quis HIERONYMV M AQVAVIVAM Adriae Ducem & doctrinae praestantia, & rebus bellicis & consilio amplissimum? Quis FABRICIVM Gesualdum Venusii Principem, ingenio, & plurimarum, & maximarum rerum cognitione insignem? Quis FERDINANDVM CARAFAM Soriani comitem omni liberali doctrina politissimum? Quis ASCANIVM, MUTIVM, ET BASILIVM. Pignatellum, omni disciplinarum genere praestantissimos? Quis MARCELLVM Aquavivam, Baldassaris Bellantii Reguli munificentissimi. F. omnibus, & naturae, & virtutis, & fortunae donis ornatissimum? Quis ANGELVM Costatium, qui de Neapolitani Regni Regibus fidelē contextit historiam? Quis VERGILIVM Caracciolum, qui Geographiae rudimenta admirabili ordine scripsit? Quis ANTO. Caracciolum, & MARIVM Galeotam, in Mathematicis, & in philosophia equites omnium iudicio primas obtinentes? Quis HIERONYMV M Columnium, & Graecis, & latinis literis ornatissimum. LEG. Sunt hi omnes Patritii nobilissimi, deque Literaria Reip. optime meriti quibus nihil esse potest, neque elegantius, neque praestantius. Ipse quoque scio, in vrbe plurimum suis consiliis nostrae Reip. castris fauere ANTO. Laureum Stabiatum Episcopum Regijs sacris praepositum, virumque doctissimum, & fide, & pietate ceteris antecellentem, THOMAM Salernitanum singulari eloquentia, & in administranda Reip. admirabili sapientia praeditum. ANTONIVM Orificem vitae integritate, & in dubiis rebus explicandis summa fide praestantem, in quo Catonis Majoris partes omnes videntur inesse. IOANNEM FELICEM Scalaleonem Senatorem nobilissimum, & iuris dicendi disciplina amplissimum. VINCENTIVM Fracum & ingenii acumine, & expedientiarum rerum celeritate nemini secundum. FABRICIVM Villanum, & FRANCISCVM ANT. Dauidem Regiae curiae Praesides non minori prudentia, quam animi moderatione nobiles. FABIVM Marchesum Vicecancellarium, & prudentia & dicendi suauitate spectatissimum. MARIVM Curtium, diuinarum, & humanarum rerum cognitione praestantissimum. FRANCISCVM Lombardum, omnium disciplinarum studiis ornatissimum, & sacrae Theologiae vindicem integerrimum. CAMILIVM Porcium magni illius SIMONIS Porcii Philosophi celeberrimi F. historiae scriptorem elegantissimum. Inter quos omnes micant, & multarum artium notitia, & ingeniorum celeritate IOANNES ANDREAS Gesualdus, qui de quatuor nouissimis praecleara

ra

ra edidit volumina, & IO. BAP. ARCVCIVS Theol. Doctor eximius, ac Lyricor. scriptor suauissimus, cuius carmina cum summorum poetarum scriptis de laude continent, compluresque alii. TORQ. Quod mihi reliquisti FERDINANDVM CONSALVVM SVESSAE Ducem clarissimum, & Maecenatem munificentissimum, quo aetas nostra nihil munificentius nihil illustrius vidit, et quo militaris & literariae disciplinae cultores, neque maius, neque tutius perfugium habent? An non hunc regis imperio dignum omnes existimant, cum omnibus regis virtutibus sit praecipue ornatus? In eundem numerum asciscendus erat CASPAR TORALTVS patrius eruditissimus, cuius iam extat gemmeus ille libellus de ijs sermonibus, quos equites inter se variis de rebus habere solent: quo apparatu nescio quis gratior, aut ditior esse possit. Cur CIARLETTA Caracciolum a te praetermissus est, cuius admirabile ingenium singularemque omnium optimarum disciplinarum notitiam admirantur omnes? Eius liber de Homini Felicitate summa doctrina refertus nuper editus a SCIPIONE Caracciolo fratre, viro ornatissimo, doctrinaeque praestantia claro in omnium eruditorum manibus tanquam pyropus fulgentissimus quotidie versatur, cuius aspectus adeo gratus, adeo iucundus est ob insignem rerum pulcherrimarum varietatem, ut eo nihil gratius, nihil iucundius existimetur. Cur suus locus non datus est FABRICIO BRANCACIO ceteris omnibus & ingenii praestantia, & fide in suos, & sermonis lepore anteposendo? His addendi erant IOAN. ANTONIVS Pifanus Archiaterus eruditissimus, BERNARDINVS Longus Philosophus ac Theologus argutissimus. CESAR Scannapecus Medicus solertissimus. IOAN. BAPTISTA atrendulus linguarum & disciplinarum omnium perita notissimus. HADRIANVS Gulielmus antiquarum rerum indagator solertissimus, cuius carminibus templorum aditus, ac monumenta ornari solent. SERTORIVS Pepius vir emuncte naris, in pangendis carminibus elegantissimus, & in aliorum scriptis perpendendis acutissimus. Neque FABIVM Iordanum, & MARIVM Altimarum silentio praeterire fas erat, quorum scripta tanto lepore condita sunt, tanta eruditione referta, ut ijs neque suauius, neque eruditius ququam cecinisse omnes affirmant. LEGATVS Vera loqueris: sunt orationes viri praeclearissimi, quorum consiliis, studiisque non dubium est, quin Literaria Resp. maximas opes sit affecutura: sed tubarum sonitus mentem ad se conuerterat. Quid nam illud est, quod tam clare litui tubaeque instantur? TORQVATVS. Vocantur milites Consulibus iussu; morari hic amplius non licet. Eia castra ingrediamur, ut cognoscamus, quid velit CONSVL. LEGATVS. Nos quoque vna Consulem adibimus, ut tam praeclearam ei viciniam gratulemur.



E 5

IOAN BAP. RIN. DIALOGVS. XI.

CVI TITVLVS OPPVGNATIO.

OCTAVIVS ALBINVS. LEGATVS.

CAMILLVS CVRTIVS. PRAETOR VRBANVS.

LEG.

Ex hoc dia
logo collige a
liquos esse,
qui pertinaciter ad stu
dia inueni
bunt, et ex ijs
magnam sibi
laudem com
parare quos
da uero tur
piter ab in
cepto desiste
re.



STATORIBUS, & nuntii properare oportet, ut ciues quamprimum tam felici nuntio impertiamus; nam si ante vesperum urbem adierimus, proculdubio maxima praemia ad lares nostros referemus. **PRÆ.** Procedite licetores, sistite aduenientem hunc statorem Praetoris edicto, ut, quid afferat, cognoscere possim. Licetor. Heus tu quisquis es, siste parumper, Praetor iubet. **LEG.** En sto. & si ad urbem cum mandatis Consulibus iussu propero; Praetori tamen parere oportet. **PRÆ.** Gaudeo te saluum aduenire, eoque magis gratulor, quod laurea corolla insignis, & cum laureatis tabellis aduenis: quibus ex rebus conijcio te boni aliquid afferre. **LEG.** Primum quidem *εὐαγγελία*; victoriae nuntius venio, & tam praeclearae, qualem forte hucusque non audisti, & quae ciuium animos maximo expletura sit gaudio. Qua propter hilarem hunc diem facere oportet, noctemque hilariorem. Nunc accedendi ignes summis aedium culminibus; nunc saliaribus coenis ornata sunt Deorum puluina, & conuiuia in ipsis propatulis celebranda: nunc festis ramis omnia lacta esse decet. Philareto praeterea, qui literariae Reip. tot, tantaque commoda peperit, erigendi sunt triumphales arcus, statuis, columnisque porticus exornandae, tituli que ornatisissimi vbique locorum apponendi. **PHILARETO** Literariae Reip. amplificatori. **P. P.** Idque eodem magis gaudere oportet, quod maximae hostium copiae profligatae sunt, nulla nostrorum militum caede. **PRÆ.** Eodem praeclearior est victoria, maiori que laude digna, quod minore sanguinis effusione parta est. Sed tu tam felici nuntio accendisti animum, ut ea quae gesta sunt, abs te scire, magnopere expectam, propterea te rogo, ut, dum ad urbem properamus, (nam quinto ab ea lapide abssum) praecipua aliqua explices: erit mihi tam gratum, quam quod gratissimum. **LEG.** Diem hunc non satis esse scio ad narrandum: sunt enim per multa, quae in eiusmodi re contigerunt, quibus omnibus cum ipse ab initio interfuerim, eam ob causam legationem istam Consul ad me detulit potissimum, qui verbi subsaequerer, si quid in literis scriptum non esset. **PR.** Nihil est ergo, quod te fugiat, postquam pugnae interfuisti. **LEG.** Non solum interfui, sed etiam pluribus rebus ex Consulis mandato praesui. **PR.** dic tandem quid est. **LEG.** Peracta est insignis oppugnatio, eoque memoratu dignior, quod oppidum captum, erat natura loci munitissimum, & militum virtute defensum. **PR.** Quod nam est huius oppidi nomen? **LEG.** Apragopolim appellant. **PR.** Notum est oppidum, cum Idonaei regia quondam fuerit, locus egregie & natura & opere munitus. **LEG.** Propterea scito, in eo expugnando multo maiori molestia affectos esse, quam Caesariani quondam ad Auaricum, ad Alexiam & ad Vxellodunum laborasse dicuntur, aut Alexandri Magni copiae ad rupem illam tam asperam, tam sublimem, ut aditum nullum militibus praestare videretur, cuius meminere historiae, vel Scipio in Carthagine expugnanda, aut Marius in edito illo Africae oppido, quamobrem causam complures cum strenue se gesserint, ob singula-

Occj urbē.

singularem animi praestantiam, & ob fortia facta non parua à Consule premia tulere. **PR.** Narrato mihi (nisi molestem erit) rem omnem ordine; nam nihil est, quod tam properemus: ante vesperum veniemus in urbem, sicque minus via laedet. **LEG.** Faciam quod iubes: Praetoris. n. mandato nefas non parere. Atque & si longa est historia, ipse tamen breui oratione omnia perstringam. Idonaeus ex accepta clade cum reliquis ad Apragopolim se recepit, ibi se tutari constituit; eminent oppidum ipsum in colle summo admodum edito loco. Ante portam protenditur ab ortu planities circiter millia passuum III. in longitudinem, reliquis ex omnibus partibus colles me diocri spatio interiecto, pari altitudinis fastigio oppidum cingunt, in castello viorum, atque armorum satis magna vis erat, tum frumenti caeterarumque rerum, quae ad victum pertinent, quamobrem obsidione tantum expugnari posse existimabatur. **PR.** Huius oppidi situs multum conuenit cum Alexiae descriptione, quam Caesar quondam oppugnauit. **LEG.** Philaretus iam satis omnibus instrumentis ac reb. comparatis illuc profectus, altero die castra posuit, adhortatusque ad laborem milites Apragopolim circumvallare instituit: Dum operi intentus est, hostium equitatus magno impetu ex oppido posteriore parte erupit: ibi enim in insidiis collocatus erat, nostrosque ab opere instituto deturbare aggreditur. A nostris opus intermissum non est: Triarii munientibus. Hastati, Principesque qui pro munitioribus stabant, praelium iniere. Adiuuabat hostes superior locus; tragulae. n. hastaeque non vanae cadebant, sed plerumque ponderibus libratae figebantur: quamobrem vix resistebant nostri. At cum primum **PAVLVS CVRTIVS** ala praefectus cum strenuis equitibus occurrit, tantus terror hostibus additus est, ut in fugam coniecti statim se in castra receperint. Eos Curtia turma magno clamore insecta complures à tergo cecidit, quousque caeteri incolumes euasere. Interea Philaretus munitionem Caesaris exemplo ita instituit. Nam primo fossam pedes xx latam directis lateribus duxit, ut eius solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant, postea intermisso spatio CD pedum duas fossas xv pedes latas eadem altitudine perduxit, quarum interiorem campestribus, ac demissis locis aqua ex fonte deriuata compleuit, post eas aggerem, & vallum xii pedum extruxit. Huic loricae, pinnasque adiecit, grandibus ceruis, eminentibusque ad commissuram pluteorum, atque aggeris, qui ascensum hostium tardarent, & turres toto opere circumdedit. **PR.** Sed quo consilio à prima fossa reliquas omnes munitiones eodem pedibus reduxit? **LEG.** Dicam, ne de improviso, aut noctu ad munitiones hostium multitudo aduolaret, aut interdiu tela in nostros operi destinatos conicere posset. Neque satis hoc illos impediabat, quin plerumque eruptionem in castra nostra ex oppido pluribus portis facerent. Quare ad haec opera Philaretus addidit arborum truncos ramis accisis, atque horum delibratis, atque praecutis cacuminibus, quos in perpetuis fossis quinos pedes altis figendos curauit, ab infimo reuinctos, ne reuelli possent, ab ramis eminentes. Effodit praeterea scrobes trium in altitudinem pedum, huc teretes stipites praecutos, & praecutos demisit, ut non amplius quatuor digitis ex terra eminent, crateribusque obtexit: ante hos tales ferreis hamis infixas disseminauit; quas omnes munitiones effecit, ne hostes noctu in nostra castra impetum facerent: multum enim in desperatione rerum omnium timendi sunt hostes. **PR.** Quid agebat id temporis Idonaeus? **LEG.** Is cum oppidum obsidione cingi videret, multos praemisit equites, qui ciuitates adirent, orantes ut auxilium ferant, salutisque suae rationem habeant, neque se de communi libertate optime meritum in cruciatum hostibus dedant, qui si indiligentiores fuerint, per multa hominum millia secum interitura esse sciant; tunc ad eius preces, quicumque beneficium accepisse memoria tenebant, certatim in auxilium venire, omnemque & animo, & opibus ad id bellum incubuere. Saepe leuibus praeliis pugnatum est

PAVLVS
Curtius.

est vtrinque incerto Marte; cumque bellum in longum protrahi videretur, multis tandem diebus, laboribusque consumptis Consul dubius an inceptum omitteret, quoniam validissime se, hostes tutabatur, an fortunam operiretur, qua saepe prospere vltus erat, decrevit tandem aquae fontem, quod omnes aquatum proficiscebantur, interciperet. PR. Optimum hoc fuit consilium; nam intercepta aqua, nullum oppidum licet munitissimum diu se tueri potest, quin celerrime in obsidentium manus perueniat, & miro: cur antea, id non tentauit, sed fons iste vbi erat? LEG. Citius non potuit, erat enim sub ipsius oppidi murum, vbi semper eorum versabatur equitatus. Consul igitur & si non sine magno periculo id fieri posse videret, praefecit tamen huic operi CAROLVM FILOMARINVM, ET ANNIBALEM PIGNATELLVM equites praefantissimos, qui illuc vineas agerent, tentarentque quicquid tanta in re fieri posset. At hi, quorum animi & virtute, & ingenio caeteris longe antecellunt, magno cum labore, & assidua cum dimicatione aggeres instruere coeperunt: decurrunt subito ex superiore loco oppidani eminus sine periculo praelian-tes, multos ex nostris pertinaciter succedentes vulnerant; nihil minus deterrentur nostri vineas proferre, & labore atque operibus, locorum vincere difficultates. Ibi CAROLVS dum ANNIBAL propulsandis hostibus ex lignea turre intentus est, cuniculos tectos ad caput fontis agendos curauit, eiusque consilio, atque opere effectum est, ut aqua per cuniculos deriuata venae fontis intercisa sint, atque auersae, quo facto repente perennis exaruit fons. Quo malo perterriti oppidani nihil inausum reliquere, cupas saxo, pice, scandulisque complent, caesque ardentes in opera conuolunt; milites vero nostri sub tantis ducibus, & si loco iniquo premebantur, omnia fortissimè sustinebant. PRAE. Et adhuc hostes obstabant intercisis aquae venis, neque de more supplices tendebant manus? LEG. Immo pertinacius, quam antea pugnabant. Erat in oppido ingens cisterna aquae plena, ea sitim oppidani restinguiebant, & milites, erant ab equitatu firmi, sed eum equitatus noster, cui HORATTVS, Galeota, & Scipio frater praerant, fortissimè coercebat. PR. Sunt hi adulescentes validissimi, quos plurimis in rebus strenuam operam pro Rep. nauasse scio. LEG. Militabat & cum his plerunque & SCIPIO Rubeus optimae indolis adulescens, qui vigilando, equitando, militaresque labores tolerando, & cum fortissimis hostibus pugnando non mediocrem laudem est consecutus. Itaque tres admittebantur assidue ut ex hostibus, victoriam aliquam referrent, nihilque praetermitterent, quod ad strenuos milites, & ad prudentes duces pertineret. LEG. Effulsit hoc tempore VINCENTII Sammarci strenuitas, qui magnam de se expectationem concitauit. Tuebantur hostes turrem munitissimae arci adsimilem in tumulo quodam prope oppidum, vnde in eos qui pabulatum proficiscebantur, graui conuiciebantur tela. Itaque cum statisset Consul hanc capere, SAMMARCO id operis delegauit, ut cum quatuor cohortibus illuc profectus, eam si posset, expugnaret. Praesidio Rathymenus praepositus erat, magnitudine atque armis insignis, is procul visis nostris signis, ex templo ante urbem processit solus. Stetit paululum VINCEN. ut cur ita hostis, & tam confidenter processisset, cognosceret, dubius an is arcem traditurus veniret. Tum ille hasta scutum quatiens. Quid istas (inquit) centurio? non cum bellis, neque cum mulieribus bellum geritis; si qua virtus in vestris latet pectoribus, hic eam efferre oportet, incipias conferre manum, soli inter nos, quid vterque valeamus, ferro decernamus, hauriendus, aut dandus est sanguis, quosque velit regnare Domina rerum, nunc cognoscendi occasio datur; Ira percitus noster centurio in medium, ut erat, processit armatus, iamque cum hoste manum conferenti, cuius etiam latus leui vulnere perstrinxerat, è proxima silua improuissus affuit leo tanta celeritate ut à nemine perpectus alas habuisse sit visus, & in hostem acriter irruens, quo augu-

rio

rio SAMMAR. letus acrius in minacem militem insurgit, qui portenti illius aspectu territus, oculis simul, ac mente turbatus vertit terga in arcem ocyor vento effugiens: eum magno, audacique animo insequeretur Vincentius, sed hostium telis repulsus ad suos infecta re, Còsulis iussu reuersus est: in cuius rei memoriam alati leonis insigne gerit. PR. Est hic acri ingenio praeditus adulescens; cupio FABRITIVM virum clarissimum & patrem integerrimum referat, OCTAVIIVQE fratris sui virtuti respondeat, est ille Reip. ornamentum pulcherrimum. quod & templum illud ab eo magnifice, multoque sumptu extructum indicat, totaque Parisi, Hymettisque columnis ornatum, quot non Agrippae Pantheon habet, aut Ephesina Diana. LEGATVS. Sed ad Consulem redire oportet. is vbi videt hostes se oppido tueri, decrevit omnibus copijs, machinisque muro admotis illos aggredi; cumque ex duobus portis ab utroque latere turrium eruptio fieret, illic firmiore praesidia collocauit, quibus ACHILLEM Bononiam, & PAULVM Capicium praefecit. ipse cum reliquis copijs turres ligneas ad oppidum agere coepit: Antecedebant muscoli, & testudines aequandi loci gratia, legionesque intra vineas in occulto expeditas habens, quas hortari non desistebar, ut aliquando pro tantis laboribus fructum victoriae perciperent, iis, qui primi murum ascendissent, praemia proponens signum dedit, euolant illi, aggeremque frueret incipiunt ex viminibus & materia, quam Consul comportari iusserat, sed magnitudo operum, altitudo muri, atque turrium, multitudo tormentorum omnem administrationem tardabant. Crebrae quoque ex oppido eruptiones fiebant, ignes aggeri, & turribus inferentes, quas interdum nostri repellebant magnis vitio illatis detrimentis, hostesque in oppidum reiciebant. interim iactabant oppidani in admotas turres, & in vineas faces, & aridam materiam, per multasque seui, ac picis glebas, reliquasque res, quibus ignis excitari potest, nostrorumque impetus audacter repellere, eoque audacius, quod accessus ignis vni turris pluteos deurere inceperat. Erat incredibilis telorum ac saxorum copia, quae machinas còfrigebat & turres, propterea Còs in summas turriam contignationes centones iniiciendos curauit, ne tela tormentis missa, aut saxa ex catapultis tabulatione pfringerent, addidit per latera storias, quas ex anchorariis funibus. Caesaris exeplo intexerat, ex tignis circum turres praepedites, quod tegumeti gen^o exptus erat nullo telo traici, aut tormeto scindi posse. Quo malo subito hostes perterriti saxa, quae maxima poterat, vectibus, promouere incipiunt, precipitata, in musculos, & in testudines puoluebant; ictum materiae firmitas sustinebat; nam quidquid incidebat, fastigijs musculorum, delabebat. Interea milites vectibus, infirmam murum suffodiebant. At hostes ne quid inausum reliqueret, per cuniculos, quos antea effoderat ad turres puenere, ignemque clau in infimis tabulationibus, accedere, accessum magnus vetus ex oppido aspirans fouebat; Quo casu milites còsternatos, cum iam nox appeteret, Còsul defessos ex ope deducit, oppugnationemque desistendam putauit, milites, machinasque, quas seruare potuit, aliquot tamen incessis ad castra reduxit. Ita hostium astutia, & vi tepestatis, & nocte appetete nihil eo die p̄fici potuit. PRAE. Fortuna sepe timenda, & in bellicis reb. p̄seruim; nam cum aspirare videt, tum maximè solet aduersari, propterea multa oportet optimam ducem praecauere. Et Còsul prudenter hoc, ut caetera oia, peregit, quod subito terrore còsternatos milites seruauit, eosque admonuit ne inter ignes cum hoste còstigeret. Tēpori. n. hoc è necessitati parere, sepe sapiētis è habitum; multoque magis praestare arbitror in subitis periculis militum saluti fuga prospicere, quam temere cum hoste còstigeret. Sed p̄ge: nam non multum ab vrbe absimus: iam ad secundum lapidem puenimus, vrbisque moenia apparere incipiunt. LEG. His reb. pactis iussit Còsul, ut milites corpora curaret, nam instauratis machinis decreuerat breui alteram aggredi oppugnationem. Interi solertis militis diligentia (cum magnopere Còsul sollicitus esset de reb.

F agendis

Carolus Filomarinus. Annibal Pignatellus.

Horatius et Scipio Galeota.

Scipio Rubeus.

In Hieronyma Columna laudem.

Achille Bononia. Paulus Capicinus.

agēdis) p̄ ip̄uā op̄e attulit victoriā cōparādā. Nā Hortensius Pecti* adolescēs egre-
gius, honesto loco natus, cui nulla honesta expeditio ardua vnquā visa ē, cū forte op-
pidi sitū ex sinistro latere exploraret, cūq; ibi solitudinē animaduerteter, ascēsumq;
difficilem, eaq; de causa illā oppidi partē min* asseruari, more humani ingenii cupi-
dus difficile aliquid aggredi p̄ eminentia saxa, cūm tā nox appeteret, admixus hostes
n. reprospere gesta nō castelli mōnibus se tutabantur, sed pro muro dies noctesque
agebant) per ardua paulatim prope ad culmen rupis euasit; ad eam annosa quer-
cus paululum modō prona, quæ inter saxa coaluerat eius ramis nixus ad oppidi pla-
nitiam peruenit; exploratisque omnibus, quæ mox vsui forent, eadem, quæ ascende-
rat, regressus Consulem adit, acta edocet, hortaturque, vt ex illa parte, qua ipse
ascenderat, oppidum tentet, pollicetur se itineris ducem, cūm nihil periculi esse
videat, interea ex aduersa oppidi parte machinas admoueat, oppugnareque op-
pidum aggrediatur; nam omnibus prælio intentis facile posse rupem ascendi. PR.
Videris mihi Ligurem illum Marii exprimere, qui castris aquatum egressus dum re-
pentis Cochleas legit, quarum cum vnā, atque alteram deinde plures studio le-
gendi peteret, paulatim ad montis fastigium euasit, cuius militis opera postea Ma-
rius eo castello potitus est, quōd iam prope omittere parabat. Quid ergo consilii
Consul cepit? LEGATVS Hortensii promissis, & animo Consul erectus, ex-
turba tubicinum, & cornicinum numero quinque quā velocissimos delegit. eos
Hortensio parere iubet, præcepitque, vt ipse sibi ex centurionibus, quos vellet si-
bi socios ascisceret; Quamobrem ex omnibus delegit sibi decem centuriones præ-
stantissimos, inter quos præcipuas ducebant partes TARQUINIVS Pectius, HOR-
TENSII frater adolescens eruditissimus, ac fortissimus. IOANNES BAP. Lepore
us cum PYRRHO ANT. fratre adolescētes cordatissimi. MARCVS Staracius,
LAELIVS Pignatellus, CAROLVS Brancacius, POMPEIVS Caponeus. conue-
nere & cum his IOANN. VINCENTIVS Spanus, HORATIVS Altimarus, &
FERDINANDVS Strozza audacissimi. quos prudenter tanti operis sibi Hortensius
optauit comites. Hi optiones totidem sibi asciscere, his Consul cum multa pol-
licitus esset, iussit omnes Hortensium sequerentur, eiusque mandato parerent; di-
stulit rem in posterum diem; Hortensius nocturno tempore ad rupis radices se cum
tubicinibus, & socijs absconderat. cum primum Lucifer sacrum os extulit cœlo,
iam adueniente aurora; capita & pedes nudati, vtī ascensus, prospectusque per sa-
xa facilius esset, super terga gladijs, & scutis impositis rupem scandere inceperunt,
prætergrediens Hortensius si quæ radices eminebant laqueis vinciebat, quibus
alleuati milites ascenderent; hortabatur alios, alios manu alleuabat; illi trade-
bant iniuicem arma; vbi quid iniqui esset, alterni innixi, subleuantēque mutuo
& trahentes alii alios; Consul interim omnibus machinis, tormentis, & vineis e-
ductis, omnibus copijs instructus ad oppidum turres admouere incipit, hostem-
que terrere; concurrere omnes oppidani, vt Consul is impetum repellerent. elati
quod antea machinas aliquas subuerterant, & incenderant. acriter certabatur
vtriusque, cūm spes nostras aletet, desperatio illorum animos irritaret; prouola-
bant vndique tela, faces, & saxa. Hortensius per montis prærupta iam cum so-
cijs ad rupis culmen euaserat, oppidi murum celerrime ascenderat, cūm ē sum-
ma specula signum dat, clangore terribili strepuere cornua, tubæque, qui cum
primum auditus est, tantus terror iniectus est hostibus, vt complures se ex mœni-
bus deiecerint, tantus nostris additus est animus, ut impetu magno portam frega-
rint; pugnaverant paululum ante eam Idonæi milites, sed nostrorum telis repul-
si muro se postea tutabantur, confugit Idonæus in arcem munitissimā, vnde proxi-
ma nocte cum familiaribus multis elapsus est, dum milites prædæ intenti nihil
tale

Hortensii De
Elij factum
laudatur.

tale eum moliturum esse purarent. Magna enim ibi vis auri, atque argenti
inuenta est. Magnifici erant apparatus ubiq; uitæque cultus cum elegantia, & co-
pia, signa complura, tabulæ, statuæ, cæteraq; innumerabilia. Iussit Consul, ut Scipio
Curtius cum equitatu palantes hostes, qui diffugerant, insequeretur, & si primo in-
gressu amplius x. millia cæsa fuerant, totidemq; capta. Postridie quam hæc acta sunt
Cōsul conuocatis, collaudatisq; militibus, maximisque præmijs pro uirtute cuique
redditis, Hortensium in concione laudatum Murali corona donauit, magno militū
est profecutus. Iterum ergo Idonæus effugit. Sed quid de eo post captum oppi-
dum accepistis? LEG. Ad mare profugisse, eoque omnes uires conferre, classē in-
instruere, ut belli fortunam mari experiatur, quando terris excedere coactus est.
PR. Mirum cur legatos de componenda pace ad Consulem nō miserit. I. E. G. Id De-
us auertat, cum primum enim pax, aut Induciæ cum Idonæo componerentur, literari-
e Reip. imperium rueret. PR. Vera loqueris, nam dum Romani Carthaginieses per-
secuti sunt, auxere imperium: sed nunc opus est, ut maioribus copijs comparatis tam
immanes hostes persequamur. LEG. Huius classis & si Xerxis, aut Darii, uel denique
Carthaginensium classes superat, nullo pacto timenda est, habet nostra Resp. naues
omnibus rebus instructas, atque paratas, tum præfectos, tum milites præstantissi-
mos. Sed, si cætera deessent, quid desperandum est Philotimo Consule maritimas res
administrante? quo neque diligentiorē in littoribus perquirendis, neque peritio-
rem in classibus instruendis, neque prudentiorē in rebus gerendis facile inuenies.
PR. Scio omnia speranda esse tali, tantoq; viro maritimis rebus præfecto tanto enim
poller uirtute, ingenijque uiribus, tanto consilio, ac felicitate, ut cum Scipione, &
Alexandro, & Cæsare facile conferri possit. Sed nos dum sermones cedimus, non a-
nimaduertimus portā urbis intrasse. LEG. Celeriter ergo senatum adueamus, ut eum
ram felici nuntio impertiamus. PR. Heus tu viator aduoca Senatores, ut Reip. cau-
su in Senatum ueniant.

Scipio Cur-
tius.

Ferdināus
Lij factum
laudatur

IOAN. BAP. RIN. DIALOGVS X.

CVI TITVLVS MACHINARVM APPARATVS.


CAROLVS PIGNATELLVS QVAESTOR.

MARIVS ALTIMARVS PRAEFECTVS ARMOR.

IOAN. BAP. ARCVCIVS CVSTOS ARMAMENTARII.

POMPEIVS FILOMARINVS DECARCHVS EPIMELIAE

PHILARETVS CONSVL.



Ev s Auctionarii ministri, quorum opera res in foro met-
cede inscribi solent, curate, ut sub hasta uendantur captiui
isti omnes, qui in Questorio afferuntur: Cauete, ne
quis nostrorum militum ad auctionem accedat; liceat
illis tantum hos auctionari, qui ex alijs oppidis
nuper in castra uenere uisendi, uel emendi studio: ne-
fas enim est aliquem ex Idonæi copijs intra literariæ
F 2 Reip.

Hic dialogus
typographi
in castra præ-
termissis an-
te xi. legē-
dus est.

Hinc anima
duerit: nullā
voluptati se
nostram ape-
riendā esse,
eiusq; incen-
sina omnia
cauenda esse

Reip. limites permanere, dicto citius detrudantur extra vallum, aut necentur, ne qua labes ex ipsis, ne qua contagio sensim obrepatur. Eia Praeco adiutorum, tuba denuncia licitatoribus, ut ad auctionem accelerent. P. R. A. R. Id curabo diligenter, omnes pileatos altare iubebo, ut sciant emptores horum feruorum causa nihil nos praestare. QVAE. Enitere quantum potes, ut plurimum aëris ex auctione exigatur, & adducatur in quaestorium, ut militibus de Rep. optime meritis stipendia persoluantur. Te quoque armorum praefecte summa diligentia curare oportet, ut ex armamentario omnes machinae, omniaque muralia tormenta educantur. P. R. A. Cur ita? QVAE. Iubet Consul. P. A. Quid nam incepturus? oppugnare ne arcem aliquam parat? Q. V. Insticipsum: nam ubi audiuit Idonaeum ex praelio in Apragopolim oppidum munitissimum se recepisse, eoque omnes thesauros congesisse, arcem illam oppugnare constituit, P. A. Difficile, arduumque; hoc est incognitum. QVAE. Difficilia sunt pulchra, neque quicquam tam arduum esse potest, quin facile fiat, ubi illud alacri animo aggrediare. Hoc abs te scire expeto: sunt ne parata omnia? P. A. Parata esse arbitror. vis huc quam primum extrahantur? QVAE. Nullam tanta in re moram esse decet: id te Reip. causa & rogo. & obsecro. P. A. R. Heus tu armorum custos, fac ut ministri educant huc ordine machinamenta bellica, neque ea solum quae ad oppugnandum, sed etiam quae ad propugnandum pertinent. CVSTOS. Quid propugnaculis opus est, si de oppugnatione agitur? P. R. A. Est istorum quoque aliquis usus. Parere te oportet Praefecti tui mandatis, ne dum aliquid sapere ostendis, laborem, aut molestiam subterfugas. CVS. Meum non est laborem recusare, & praesertim ubi publica res agitur, sed ad ministeria exequenda obsequentem me praestare. Paulisper mane, huc confestim omnia efferenda curabo. P. C. Non temere arbitror majores nostros statuisse, graui supplicio eos esse afficiendos, qui ducis mandata audent negligere, & si uident praestare, quod ipsi agunt, quam quod imperatum fuerit. QVAE. T. Manlius id clarissime docuit, qui uictorem filium, quod eius mandato non paruisset, securi percussit: legi quoque idem & Posthumium fecisse. P. R. A. Arbitror illud te non ignorare, quod architecto cuidam Atheniensi contigisse fertur: is n. ruffus a P. Crasso Mutiano, ut ex duobus tignis, quae Athenis uiderat quod longius erat, mitteret, cum breuius inisset (videbatur enim arietem extruendo aptius, cuius rei gratia a Mutiano petebatur) graues tulit poenas: nam a Consule accersitus fustibus in medio foro caesus est usque ad necem. QVAE. Periculosum est superbi domini imperium detrectare, & si plus commodi ex eo, quod ipse egeris, futurum speres, quam damni timeas. Sed nos accedamus propius ad armamentarium, ut, quae effertur, melius cognoscamus, simul & ministros ad omnia peragenda celeriter adhortari possimus. DEC. In tempore huc adueni, nihil enim magis optabam, quam bellica tormenta inspicere. Saluete Quaestor & Praefecte praestantissimi: liceat per uos machinamenta ista uestra cognoscere, neque solum appellationes, eorum & usum, fed etiam quomodo inuenta fuerint, a uobis percipere. P. A. Es ne tu ex auxiliarijs ab Epimelta misis? DEC. Ita, Decarchus eius mandatis ad uestra castra ueni. P. A. Accede fili, ut quae ad optimum militem pertinent, non ignores: neque enim tam decet militem manu promptum esse, quam rei militaris peritum. Iam video ministros efferentes Arietem cum falce, & vinea DEC. Quid tigna ista sunt cum arietinis capitibus? P. A. Tignum hoc oblongum, quod uides, Aries appellatur, cui arietis prominens facies nomen dedit, fit ex abiete, uel orno, cuius apex duro ferro concluditur, & proluxo, ad diruendos muros magno est usui: nam suspensa trabs ista urinque traueseris asseribus, & ferratis, quasi ex lance uinculis trabs alterius continetur, eamque, quantum mensurae ratio patitur, militum multitudo retrahens rursus ad obuia quaeque rumpendo protrudit ictibus ualidissimis instar assurgentis, & cedentis armati. Quae

crebritate ueluti reciproci fulminis impetu, adificiis scissis in rimas, & occidunt structure laxata murorum: quare nudatis uallo defensoribus, ruptisque obicibus cunitates munitissimae recluduntur. Huius machinae inuentum Plinius tribuit Epeo, cuius & Verg. meminit unde quidam, equum illum ligneum Graecorum fraude intextum eiusmodi machinam fuisse putant. QVAE. Legi ipse apud Vitruuium aliquos eiusmodi inuentum Carthaginensibus tribuere, cum Gades oppugnarent; ait enim, cum milites murum quandam demoliri uellent, ferramentaque decissent, tignum quoddam manibus sustinentes, capiteque muri fastigium continenter pulsantes, summos lapidum ordines quatendo rotam molem deiecisse; postea quandam fabrum Tyrium hac inuentione inductum ex malo crecto alterum transuersum suspendisse, & reducendo, & impellendo uehementius totum murum demolitum esse. Cetera uero Chalcedonium de materia primum basim subiectis rotis fecisse, supraque compegisse arietem ex iugis uaras, & in ijs suspendisse arietem; coriisque bubulis texisse, uti tutiores essent, qui in ea machinatione ad pullandum murum essent collocati: quod uero tardos conatus haberet, testudinem arietariam appellari coepisse. P. R. A. Verum est hoc, nam & Vegetius quoque scribit, eiusmodi uocem ex uera testudinis similitudine profectam esse: nam, ut illa modo reducit caput, modo exerit; ita machinamentum hoc interdum retrahit trabem, modo educit, ut fortius quatiat. Arietem uero propter ea dictum fuisse ait, uel quod durissimam habeat frontem, uel quod arietum more retrocedit, ut uehementius feriat, QVAE. Hinc arbitror milites testudinem illam excogitasse cuius meminit Caesar, cum confertis clypeis testi ad muros accedunt, ut tuti sint a lapidum, & telorum ictibus. DEC. Lator esse in castris tam doctos uiros, qui rerum rationes non ignorent, QVAE. Literariae Reip. hoc proprium est, rerum proprietates explicare. DEC. Sed quid curua illa machina? qui nam eius est usus? P. R. A. Falx huic nomen est, ad distrahendum murum comparata; Quae aries murum, haec uero concussos fractosque lapides extrahit. DEC. Audiui Demetrium Antigoni filium in Rhodi; ceterarumque urbium oppugnatione Helepoli ualde usum esse, unde Poliorcetes, a Graecis fuit appellatus: cupio scire an machina haec existat apud uos. Opportune interrogas: haec machina fuit olim apud Graecos, cuius opera diuturna usus est Demetrius. Eam describit Ammianus Marcell. fuisse testudinem immanem axibus roboratam longissimis ferreis clauis aptatam, bubulis coriis tectam; uirgarum recentium structura, limoque in summo aspersam, ut flammecos, & misiles casus detrectaret. in frontalibus trifurcas, cuspides, & praecutias ponderibus ferreis graues fuisse infixas, qualia pictores effingunt fulmina, ut quicquid petiisset, aculeis exertis abruptisset. Hanc ualidam molem rotis, & funibus regens numerosus insecus miles languidiorum murorum parti concitis uiribus admovebat, & nisi desuper propugnantium ualebant uires, collisis parietibus aditus patefaciebat ingentes. DEC. VRI. Vastam machinam eam Helepolim fuisse arbitror, qua in Rhodi oppugnatione Demetrius usum fuisse scribit Plut. in eius uita. immanibus sumptibus, industria, laboreque summo comparatam, cum eius alitudinem asserat fuisse cubitorum LXXVI, latitudinem XLVIII, paribus lateribus quadratam, gradatimque ad uerticem contractam. QVAE. S. T. O. R. Cum eodem consentire & Vitruuius uidetur; is enim altam fuisse scribit. P. CXXV. latam LXX. adeoque firmam, ut posset pati ictum lapidis balista immisso pondo CCLX. Sed parum ei tanta moles profuit, cum Diogneti architecti peritissimi opera in humida uoragine inclusa confederit, unde neque progredi neque regredi postea potuit. Sic saepe illuduntur principium conatus. PRAEF. A. Hoc architecti factum clarissimo argumento esse potest, multo maiora consiliorum celeritate fieri posse, quam machinarum maximo apparatu; quod Vi-

Testudo Arietaria

Testudo.

Fals.

Helepolis ab euerendis urbibus est dicta.

Audendum est in ijs quae ignoras, neque imperitus reor a doctioribus.

Haec machina significat labore, sudore, uigilijs, industria, molestias, omnes, qui bus uoluptas expugnatur, & gloria comparatur.

truuium scio in eodem capite pluribus exemplis confirmasse. Sed Helepolis vice est apud nos Vinear: vides ne machinam istam Helepolis descriptioni adsimilem? fit haec eleuatoribus lignis octo pedes lata, xvi. longa: eius tectum munitione duplici tabulatis, cratibusque contextitur: latera (vt vides) viminibus sepiuntur, ne saxorum, telorumque impetu penetrari possit, tegitur quoque exterius crudis coriis, & insuper argilla cum lapillo subasta, ne cremetur ab hostilibus flammis: iunguntur plures inter se, sub quibus milites tuti ad murorum fundamenta diruenda penetrant.

DECAR. Quae machinae illae sunt cum tribus rotis, quarum vna in medio, duae in capitibus vertuntur? PRAE. A. Plutei appellantur, hos licet in quacunq; parte more carpenti admouere, eos obsidentes ad muros applicant, quorum munitione procecti sagittis, vel iaculis, vel lapidibus defensores de propugnaculis exturbant, vt milites per scalas muros scandere possint, callidum similitudinem eos referre vides.

PLUTEI.

DEC. Sed quem trabes istae vsus ad oppugnandas vrbes praestant, ex quibus altera alteri antennae more imminet. PRAE. A. Tollenon appellatur haec machina, fitque ex duabus trabibus, ex quibus vna alte in terram defigitur, altera vero in illius summo vertice transuersa dimensa medietate instar staterae apponitur eo modo, vt si unum caput depresso, statim alterum attolatur: in vno capite cratibus, siue tabulatis machina contextitur, in qua milites collocantur armati, tunc per funes altera capitum sublatione & depressione eleuati in murum vrbs immittuntur.

Tollenon.

QVAES. Huic adsimilem fuisse arbitror coruorum demolitorem, quem nonnulli gruem appellant: eo vsos esse puto in capiendis aduersariorum machinis transferendisque in muros: cuiusmodi machina vsus fuisse scribit Vitruuius Calliam Architectum Rhodi, cum accedentem ad moenia helepolim transtulit in muros, & Iulius Pollux scribit gruem in theatro machinam fuisse, quae ex sublimi ferebatur ad rapienda corpora. DEC. Qui in hac machina imponuntur, adsimiles sunt Dedalo & Icaro. Sed eo admirabiliores sunt, quod sine pennis alta petunt. desumpta videtur ex ea, qua olitores hauriunt e puteis aquam ad hortos rigandos in alteram partem praegravate pondere. Sed quid est multitudo illa minorum testudinum?

P. A. Sunt Musculi ex marinorum musculorum similitudine ita appellati. nam vt illi balaenis auxilium ferunt, cum in ipsis se se sustentent, alioqui praegravitate enatare non possent: ita haec machinae turribus ligneis viam insternunt, his enim bellatores protecti, si lutum ob fuerit, aut ciuitatis fossa, lapidibus, ac lignis via complent, solidantque, vt turres ambulatoriae ad murum sine impedimento admoueri possint. Sicut uineis minores, sed pluteis maiores, firmioresque. Festinate viri, ne sit mora reb. educate ligna omnia, quae turrib.

Musculi.

aedificadis vsus praestant, & scalarum ingentem numerum. DEC. Cuius altitudinis turres costruere soletis? P. A. Iuxta murorum altitudinem, & pro latitudinis ratione altitudo addi solet: nam interdum tricenis pedibus latitudo constat, interdum quadragenis, & quinquagenis. Proceritas tanta in eis extrui debet, vt non solum muros, sed etiam lapideas turres exuperet. His plures rotae subduntur, quibus subduci possint. Constant in gualae ternis contignationibus, in inferiori aries murum quatit, in media emittitur pons in hostilem murum, in superiori astant sagittarii, qui telis immisis hostes arcent ex moenibus; habet praeterea turris Sambucam, & Exostram Sambucadicitur trabs illa, ex qua per funes pons demittitur, qui appellatur exostram.

TURRES.

DEC. Suavis Sambuca est, ex qua hostibus tantum imminet periculum. P. A. Sic est, tanto enim concentu pulsatur, vt, cum proprius accesserit, vrbs facile capiatur. Eiusmodi machinis nemo melius Cesare vsus est, cum maximas extruxerit in munitissimarum vrbum oppugnationibus. Heus educate foras statim & propugnatorias machinas. DEC. Sunt ne & aliae praeter has? P. A. Complures. Illud scias, velim, ex machinis alias esse oppugnatorias, quibus hostes impetimus, alias vero propugnato-

Sambuca. Exostram.

rias, quibus contra aduersariorum machinationes vt oportet, prioris generis sunt, quas modo vidisti, at quas modo educendas iussi ad posterius referuntur, in hoc genere sunt Balistae, Scorpiones, Onagri, Arcubalister, Fustibali, phalaricae, Malleoli, Catapultae, Grues. DEC. Cupio singulas noscere, neque solum earum formam, sed etiam vsus. P. A. AR. Heus ministri accedite propius, vt melius eiusmodi tormenta inspicere possimus. Balista haec appellatur; a iaculando nomen habet (vt, qui graeca fecit; non ignora) quod spicula, vel saxa longe emittat: vnde & quidam Ballistam geminato illo proferunt, quod *βαλλιστήν* apud Graecos duplex habet. fit modo minor ad iacula intorquenda, modo maior ad saxa emittenda: eius figuram, pluribus describit Ammianus; cum inquit. Ferrum inter axiculos duos firmum compingatur, & vastum, in modum regulae maioris extetum: cuius ex volumine tereti, quod in medio ars polita componit, quadratus eminet stylus extensus recto canalis angulif meatu excauatus; & multiplici corda neruorum tortilium illigatus, eique Cochleae duae lignae coniunguntur aptissimae, quarum prope vnam alia fit artifice oculis perspectans, & apte apponit in temonis foramine sagittam ligneam spiculo maiori conglutinatam. Hocque facto hinc inde validi iuuenes versant agileret rotabile flexo. Cum ad extremitatem neruorum acumen venerit summum, percita interno pulsua balista, ex oculis auolat interdum nimio ardore scintillans, & euenit saepius, vt ante quam telum cernatur, dolor lethale vulnus agnoscat. Maior quoniam curru vehi solet, Carrobalista a Vitruuio appellatur, qui etiam ait, Legionem per singulas centurias singulas carrobalistas habere; & xi. homines singulis esse deputatos: neque eas solum castra defendere, verum etiam in campo post aciem grauis armaturae apponi, Harum impetus tantus est, ut ei neque loricati equites, neque scutati pedites obitare possint. QVAES. Eiusmodi machinis scribit Valerius serpentem illum mirae magnitudinis confectum fuisse ab Artillii exercitu in Africa. PRAE. a. Sed ibi affuit se balistas saxa iaculantes intelligere oportet: ait enim cum telorum iactu perforari nequiret, ad ultimum balistarum tormentis undique petuum silicium crebris, & ponderosis uerberibus procubuisse, Balistarum inuentum Plinius Syrophenicibus tribuit; alii Saturno a Ioue pulso, & in Greciam profugo, uerum cum de Balista fit mentio, qua iacula intorquentur, catapultae quoque solet appellari. Sed uidete scorpionem. DEC. Papae, quam admirabile tormentum. PRAE. a. Nec minus admirabile, quam terribile; eo, n. nulla est tormentorum forma uehemetior, cum grauia saxa fulminis more contorqueat, quibus non solum equi eliduntur, & homines, sed etiam hostium machinamenta franguntur. Scorpionem recte appellant, cum tam grauis feriat, ut interdum onagram. Tormentum appellatur (inquit Ammianus Marcel.) ex eo quod omnis explicatio torquetur. Scorpio autem, quod aculeum desuper habet erectum. Onager quoque ex ea re dictus videtur, quod asini feri, cum uenatibus agitantur, ita eminens lapides post terga calcibus emittunt, ut perforent pectora sequentium, aut perfractis ossibus capita ipsa displodant. Huius tormenti structurem pluribus Ammianus describit. denique ait, cum ad concertationem uentum fuerit, lapide rotundo fundae imposito, quaterni iuuenes repagula, quibus alligati sunt funes, explicantes, retrorsus stylum inclinant: itaque demum sublimis astant magister, claustrum, quod totius operis continet uincula, referat malleo forti perclausum. Vnde absolutus icu uolucris stylus, & mollitudine offensus cilicium, saxum contorquet, quicquid incurrerit, collisurib. QVAES. Ad eiusmodi machinam alluisse credo nobilem illum poetam his uerbis. Murali concita nunquam.

Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
 Dissultant crepitus: uolat atri turbinis instar est.
 Exitium dirum hausta ferens:

BALISTA

Scorpio.

Scor-

PR. a. Scorpiones minores dici solent & parua hæc tormenta, quæ scorpionum instar paruis, subtilibus que spiculis mortem inferunt, siue quoddam scorpionis similitudinem gerant, cum arcibus chælas, spiculum caudam referat, arcubalistas, & manu balistas vulgo etiam appellant. **DEC.** Quid teretes illæ hastæ præstant? quid harundines illæ muliebri colo adsimiles? **PR. a.** Falaricæ sunt, & malleoli: ignibus iaculandis in hostium machinas usum præbent. Falaricæ (ut uides) longo sunt hastili & tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum eminet. nomen habuere à falis. i. à turribus lignis. (ita enim eas Etrusci appellant) ex quibus, uel in quas, emitti solent, hæc inter tubum, & hastile sulphure, bitumine, resina, stuppis que conuoluunt infuso oleo, quod incendinarium uocant, quæ balistarum impetu destinatae, prærupto munimine ardentes infiguntur ligno, turritamque machinam frequenter incendunt. ferrum tres pedes longum habent, ut cum armis transigere & corpus possint; hoc ferrum etiam si hæserit in scuto, nec penetrauerit corpus, tantum tamen terrorem incurit, ut militem arma omittere cogat, nudumque ad insequentes idus præbeat. huius machinæ meminit Verg. li. ix. Et Liuius in Saguntinis: li. x. Punici belli. Malleolos Marcellinus describit esse sagittas canneas inter spiculum, & harundinem multifido ferro, in muliebris coli formam, quo nentur lintea stamina, coagmentatas. nam concutitur ferrum uentre subtiliter et plurifariam patens, arque in alueo ipso ignem cum aliquo suscipit alimento: hæc tela si emissa lentius arcu inualido ictu. n. ualidiore tinguuntur) hæserint usquâ tenaciter, cremant queque conspersa, acriore que excitant estus incendiurum, nec remedio ullo nisi superiecto puluere ignis conloquitur. si uero interdum & spartei quidam manipuli pice contacti cui incensum in hostium machinas iaciunt, quos etiam malleolos appellant. Heus fabri quæ tanta segnitie: educite, si quid machinarum superest, uide nescis illos quaternos pedes longos, quibus in medio coriacea funda alligata est, ex his saxa utraque manu impulla emittuntur; propterea fustibali appellantur. **DEC.** Quid hoc ferrum in forficis modum dentatum? **PR. A.** Lupus est, quo funibus alligato artem apprehensum uel euerit, uel ita suspendunt ut impetum non habeat. Isti adeo legne sunt, ut nisi nos armamentarium ingrediamur, ante nox obrepit, quàm machinæ efferantur. eia illuc prope remus si libet. **Q. VAE** Mane mane. Consul cum littoribus & tribunis adest.

PHILARETVS CONSVL.

CON. Quid hoc? neque adhuc machinamenta ex armamentario expedita sunt omnia? **Ubi** **Q. uæstor**, & armorum Præfectus, quibus hæc commissa sunt? **Q. VAE.** En adsumus mandato obsequentes, placraque educta sunt: pauca, ut arbitror, supersunt **CON.** Præfecte sunt ne omnia parata atque instructa? **PR. A.** Diligenter caui, ne quid unquam deesset. præstabant quæque optime suum usum. **CON.** Placet. facite ergo, ut quamprimum ad Pragopolim perferantur, quod se hostes receperunt, est mihi in animo oppidum illud omnibus belli machinis oppugnare. Celeritate opus est. Nihil enim magis aduersatur rebus agendis, quam mora. facite ut Balistarum, & tormentarum sint optime rebus omnibus ad oppugnationem pertinentibus instructi. imperate uehiculorum præfectis, quibus parent uectores, & aurigæ, & sarcinalium iumento rum præfectis, ut machinas istas, & tormenta quàm celeriter quo iussi, perferenda curent. Adsum fabri qui ea optime componant, firmentque. Animaduerrite, quæso ne tempus cæctando teratur **Q. uæstor**, te presente, sicut omnia citius. **Q. VAE.** In omnibus agendis semper adero. **CON.** Atque audi. Præfecte, adducito scalarum ingen- tem uiam sic et musculorum qui uias parent turribus, habeto & crates multas paratas & dolabras, quibus murum ab imò subtere milites possint: adeo enim natura lo-

ci munitura est oppidum, ut expugnari non possit; nisi uineis admotis, aggere iactis, magnisque turribus struatis, ingentique dolabrata ui comparata. **P. A.** Dicto citius id tibi effectum dabo. **COS.** Est mihi in animo Præfectos, Tribunos, Centurionesque, alloqui. **Accedite ergo**, ut, quæ dicam, melius percipere ualeatis.

CONSVLIS ADHORTATIO.

Tribuni, cæturionesque præstatis simi, vos, uestrasque uirtutes, quas in præterita pugna tâta culaude extulistis, appello, & testor. Educite legiones oes, aggrediamurque omnibus uiribus, omni animi impetu oppidum hoc, quo se hostium reliquie tutantur: Inse qui eos oportet nunc, cum terrore perculsi fugam potius meditantur, quàm prælium. Moram trahere, fas non est, ne alicunde eis suppedientur auxilia. Nam si eo hostium opinione celerius aduenerimus, proculdubio uicerimus. Hoc oppido capto, simul finem uestris laboribus summa cum gloria statueris. Neque enim per fugium aliquod hostes habent, quo se recipere possint hoc amisso. Non ad bellum duci, sed ad certa uictoria præmia existimate. Sed cum de oppugnatione nunc agatur, illud primum uos admonere non desistam, ut exemplo uestro potius, quàm uerbis milites uestros adhortemini: solent enim homines, interdum multo magis infamiae timore aliquo commoueri, quàm ducis mandato, & minacibus uerbis. Locabitis legiones, quas bene instructas habemus circa oppidum, quod quatuor castris oppugnare, ac omnibus copiis assimulabitur, ut distractæ hostium uires, dum omnia oppidi loca custodire student, minus polleant; sed omnibus partibus optime inspectis, ad eam omnes machinas conuertetis, quæ facilius oppugnari posse uidebitur, mihi enim in animo est, dum uos immittendis scalis intentos esse ostenderitis, infirmiore partem omni conatu aggredis; retere ubi aliquos milites pugnando defessos esse cognoscetis, in eorum locum adhibete recentes firmosque, ut illi interea corpora curare possint, & ad oppugnationem alacrius succedere. Si qua erecta, atque aspera rupes aderit, accendite laudibus, & præmiis audaces, solertesque iuuenes, qui eam scandere entantur, solet enim, si qua eiusmodi est, minus asseruari. Id si nocturno tempore (ut fas est) tentarint, ducant secum præcones aliquos, qui cum primum murum ascenderint, inde clara voce cæteris ad portas stantibus, dent signum. Cum primum enim tubæ sonitus noctu audiri coeperit, (cum nocturna pericula sint formidabiliora) maximo metu animis hostium concussis, aut diffugient omnes, aut se nobis dederunt. facite ut milites bene instructi ad eiusmodi oppugnationem accedant. Vos quoque uigilantia, consilio, prudentia, probitate, cæterisque uirtutibus ducibus comparari eam gloriam posse existimate, quam iam diu animo conceperitis, quicumque uirtutem sequeretur ducem, is patriæ commodus, amicis utilis, sibi gloriosus existet. Eia ostendite Dijs iuuantibus, quo animo sitis in Reimp. pro qua non modo labores sustinere, sed pericula omnia adire, denique sanguinem profundere optimus quisque nunquam ueritus est. Superni, uerique Apollinis ductu, eiusque matris sanctissimæ auspiciis antea seruati, torque potiti uictoriis, quid in posterum non sperabitis? pugnatate igitur audenti animo, ut templum seruatori nostro, eiusque genitrici iam diu pro uestra salute uotis conceptum in patria incolumis maxima læticia, maximisque laudibus reddamus.

IOAN BAP. R. DIALOGVS XII.

PVGNA NAVALIS.

FERDINANDVS LOFFREDVS PHILOTIMVS COS.

IO. ANDREAS CVRTIVS PHILARETVS COS.

IO. BAP. CARAC. ANT. F. PRAEFC. TER. CLASSIS.

PHILA.
In hoc Dia-
logo recensē-
tur ceteri,
qui in Rinal-
di Aca-
demia profece-
re.



SALVVM te, felicemque in patriam redire. **PHILOTIMVS** Literariae Reip. ornamentum firmumque praesidium, tanta latitia affici-
mur, quanta afficitur est post tot, tantisque res a te felicissime ge-
stas: ingenti enim formidine Rep. liberata, lateque per te audio e-
ius imperio, virtuti tuae & magnopere debemus, & maximas tibi
gratias agimus. Oportandum igitur ut digno triumpho tot susceptos labores, totque
confecta bella liceat ornare. **PHILO.** Nihil minus patriae incolumitatem, ac sapi-
entiam tuam gratulor **PHILARETVS COS.** optime, eoque in regis gratulor, & gaudeo,
quod si quam mihi ex gestis rebus gloriam comparavi, eam tibi acceptam referre de-
beo: adeo .n. tuis consiliis virtuteque Idonaei vires attenuasti, ut mihi eam vincendum
proculdubio tradideris. **PHIL.** Socium quærere nihil est opus ea in re, cuius gloria
virtuti tuae tantum debetur: solus enim bellum hoc tam periculosum, tam atrox,
tam varium, longe lateque diffusum confecisti, & quod maximum est, celeritate in-
genti: Extrema enim hinc eme apparatus, ineunte vere susceptum media aestate tua
virtute, sapientia, ac felicitate confectum est. **PHILO.** Hoc in bello celeritas præ-
cipue requirebatur, ubi sociorum, & civium salus agebatur, tum vestigia, quibus
amissis, quæ pacis ornamenta, aut subsidia belli reliqua fuissent: agebatur denique
Reip. imperium, cuius maxima habenda ratio est. **PHILA.** At hæc omnia virtute
tua servata sunt, confirmata, & amplificata: propterea multo magis debet Resp. ti-
bi, quam Roma Pompeio post fugatos pyratas, aut Graecia Miltiadi, & Themisto-
cli post Barbarorum ingentes classes profligatas. Quamobrem maximum ex hac
re triumphum te domum ducturum esse magnopere gaudeo, gratulorque tibi tantam
felicitatem. **PHILO.** Id Reip. causa & sociorum perpetuo te gratulari vehementer
expero. Illud me maximo cumulat gaudio, quod ut te laboris, & victoriæ comitem
habui, sic triumphum quoque, & gloria socium sum habiturus: amplissimum enim tibi
comparasti & prudenter consulendo, & recte agendo, & iuste imperando. **PHILA.**
Pulchrum est, & optabile in terris ob benefacta triumphum assequi: sed multo ma-
gis exactis vitae annis caelo se dignum praestare. Illud enim semper a teneris ani-
mo fixum inhaesit, omnibus, qui Remp. conservauerint, adiuverint, auxerint, certum
esse in coelo, ac definitum locum, ubi beati auro sempiterno fruuntur. **PHILO.** Ut
nam omnes, qui Rebus publicis praesunt, tam praeclearam sententiam animo imptes-
sam gererent: sed plerique omnes terè secus facimus: priuata enim maiori curae,
quam publica esse solent. Quare nemini mirum esse debet, si iniusti plurima pati-
mur iuste. Nam qui iustitiam colunt, ijs omnia felicia contingere, necesse est. Quod
antiquissimum Poetarum illud indicare voluisse puto, cum inquit. Iustis hominibus
Deos hoc concedere, ut quercus in ramis altioribus glandes ferant, in medijs apes,
& ut oves lana onerentur. **PHILA.** Huic ad simile est Graeci poetae illud votum, cum
inquit. probo Regi, quique dei simili sit, bonum Iuppiter conferat nomen, ferat ter-

ra nigra

ra nigra triticum, atque hordeum, pomis grauentur arbores, fecundæ pecudes faci-
le pariant, mare pisces suggerat. Memoria etiam repeto cum quotidie ex veterum
poetarum dictis aliqua excerptam memoratu digna Musæcum quoque asserere, ex-
cellentiora etiam bona iustis ab ipsis diis tribui, ipsosque in Elysijs agere inter fan-
ctorum virorum conuiuia, magna semper in voluptate ebrios viuere, existimantem
pulcherrimum virtutis premium aeternam ebrietatem: filios quoque, posteaque
iusti fidelisque viri genus suum per secula propagare. **PHILO.** Merito quidem ius-
tis a Deo tribui tot premia sapientes homines tradidere, profanos vero, atque ini-
ustos cæno quodam apud inferos obruunt, & aquam cribro haurire asserunt: viuen-
tes etiam infamia notant, ut omnes, & magistratus praesertim ab iniuste agendo de-
terent. **PHILA.** Propterea studeamus nos dum Reip. praesumus, ut priuatorum com-
modorum oblitus publicam tantum ante oculos habeamus. **PHILO.** Per multi, quos tu-
li labores, & plurima pericula, quæ pro Reip. imperio augendo adire non dubitavi,
id clarissime testantur. Arbitror enim te accepisse quam late omnes insulae, omnes-
que maritimæ orae, & mediterraneæ complures Idonaei copiis tenerentur. **PHILA.**
Accepi permulta, dum es in castris: & ea clarius abste cognoscere cupio, ut non so-
lum a te gesta, sed etiam clarissimorum ducum tuorum virtutes sciam, quorum tan-
tis in rebus magna habenda ratio est. **PHILO.** Dicam ipse libenter, quæ per me acta
sunt, cetera cum ipse non ubique affuerim a praefectis meis audies, ex quibus ali-
quot hic mecum adesse video, & a plerisque tuorum, qui post profligatum Idonæum
cum terrestribus copiis ad me accurrerunt, ut eundem etiam cum maritimis, quib.
confidebat penitus conficerent: quod verò ad postremum certamen pertinet, meum
erit recensere. **PHILA.** Erit id mihi magnopere gratum. **PHILO.** Memoria te me-
moriam tenere permultos pyratas variis ex oris maritimis egressos esse, postquam re-
latum fuit Idonæum maximam classem aduersus Remp. nostram comparasse, eique
Agoneum, & Epitimeum praefecisse, sed praesertim ex Asotia non paruum seditio-
rum hominum multitudinem erupisse, qui ob seditionem a patria pulsi triremes vn-
diq. conquistas ex Africae littoribus instruxerant: Hi primum nautas aggressi, pos-
tea vrbes, insulas, lit. oraque ampla infesti tenebant. Habebant pluribus in locis
stationes, naualia, maritima etiam praesidia munita. Dici non potest quam breui quæ-
tas opes sibi compararint, ut etiam ijs essent aurati rudentes, vela purpurea, remi lu-
bargentei: buccinae, cantus, ebrietates per omnia passim litora audiebantur, inge-
nuorum, & mulierum rapinae, captarum urbium vastationes, redemptionesque ubiq.
conspiciebantur. Quæ mala pluribus persequi nolo, cum arbitrer te omnia acce-
pisse. **PHILA.** Audiui plurima, nam quæ templa hæcenus inuiolata, quæ asyla, quæ
adyta tuta fuere ab horum sceleratorum hominum rapinis? Quibus contumeliam
generibus. ciues nostri non affecti sunt? Quas villas vrbivicinas tam rapaces harpyæ
non foedarunt? Quot Senatores nostros nobilissimos abduxerunt? Senti ipse quoque,
e cuius prope sinu filium optimæ spei adolescentem magno meo dolore abstrax-
erant: adeoque occupauerat tempestas nostrum hoc mare, ut nemini essent commer-
cia libera, sed omnia clausa, omnia inaccessa: quibus de causis annonae caritas Rep.
magnopere infestabat. **PHILO.** Ipse igitur cum ex Aretii portu Dijs annuentibus,
ventisque secundis aduersus Idonæi classem proficiscerer, nihil mihi potius fuit, quàm
maturare, ne tam nefaria multitudo Idonæo se adiungeret. Fama erat ineunte vere,
eam ex Argia, vbi statua habebat, ad Idonæi praefectos traducere velle, propterea
decreui maria tam immanibus monstris antea expurgare. Quamobrem centum
quadringentibus. ex omni numero lectis, militibus, & remigibus optimè instructis ad
Eubuliam contendere relicto. **FRANCISCO** Loffreda nepote meo solertissimo, cu-
ius virtutem iam optimè noram ad Cosmiam cum L. liburnicis, & praemisso **DON**

INNICO

Asotia lu-
xum signifi-
cat.
Sunt pyratæ
morbi illi q.
literarum cul-
tores asse-
runt esse. Li-
tur.

Aretium a
viro ite no-
men habet.
Argia desti-
am sig.
Eubuliam v.
optimum cõ-
silium.
Franciscus
Loffredus.

*Don Innicus
Probitas,
Ignavia.*

INNICO Ieuario equite egregio ad Promontorium calocagatiae cum totidem rostratis nauibus. Cùm igitur relatum esset pyratas iam ex Argia mouisse cum lxxx. nauibus & iam ad Rathuniam appropinquare, celeriter accurrere, nauibusque circum circa locatis, ne elabi possent, eos insecutus, quàm celeriter ex ipsis alios ceperum, alios in mediis fluctibus obruerim, & quàm pauci euaserint, quantam prædam militibus distribuimus, arbitror te iam optimè cognouisse ex iis, quae à me ad Senatum scripta fuere. PHILA. Cur neiciam rem tam præclare gestam? literarum tuarum exemplum extat apud omnes. Noui quoque se admodum fortiter gessisse DON ANTONIVM & D. BERNARDINVM Cardines, CAESAREM & HORATIVM Brancatios MICHAEL EM Blancum Adolescentes præstantissimos, quorum rebus gestis nulla temporis longinquitas obesse poterit. Nam simul cum victoria incredibilis annona Remp. recreauit, in cuius rei memoriam tot inscriptiones per vrbs vicis tibi affixæ fuere. PHIL. Sed cùm peritatum reliquias Chalmopolim versus fugam capesserent, dum eas CLAVDIVS Albinus cum POMPEIO fratre persequerentur meo iussu cum xx. quadriremibus naufragium fecisse postea relatum est, nihil enim de iis præter audiuimus habeo. PHILA. Doleo casum tam præstantium iuuenum. Albinorum enim familiae notam Albini illius causa iniustam, qui tam turpiter se aduersus Iugurtam in Africa gesserat, facile aboleuerant. Sed scio superstitios esse OCTAVIVM & MARCIVM, & IACOBYM ANT. iureconsultos eruditissimos, quorum iusticia in amicorum rebus tuendis domi, forisque admodum pollet. Fuere mihi in familiaritate coniunctissimi eorum parentes IOAN. ANT. Albinus, & FRANCISCVS de literaria Rep. optimè meriti, viri clarissimi, qui ob singularem humanitatem, & eruditionem fuere omnibus carissimi. PHIL. His peractis recepi me in Cleoneum, inde Axiopepiam cum magna nauium parte, nam plures præfectos ad diuersas oras præmissi, ut illarum præsidia tuerentur Timeniam orae præfectus est SEBASTIANVS Barnaba in re maritima ac nauticis ministeriis vehementer peritus, ex cuius latere nunquam discessere FELIX. & VESPASIANVS fratres concordissimi, ut is diligentia sua tuta ea littora custodiret. PHILA. Noui Barnabarum familiam, & imprimis est mihi catus CAMILLVS iuris peritiss. & suis & filiorum virtutibus in vrbe clarissimus. Sunt enim omnes cum ingenuis moribus, tum religione insignes. PHIL. Praefeci CAESAREM Gazliardum Pontopoli, cum xx. quadriremibus, cuius patrem ALPHONSVM virum optimum, & diuini cultus obseruantissimum in amicitia coniunctum habui. PYRRHVMPaganum FRANCISCVS Epimeliae promontorio præpositus; CLAVDIVM Cappasantam IOAN. VINCENTII F. Argypniae præsidio, quod eos cognoueram pluribus in reb. solertissimos, & paternæ virtutis aemulos, Andriae promontorio FRANCISCVM Buccaplanulam, Technio SCIPIONEM Bimontium iuuenes audacissimos, quos arbitror IOAN. BAP. Carac. ANT. F. meum præfectum optimè noscere. PRAEF. Noui, nã fuere quondã mei cõtubernales. Nunc verò præclare rē gessere; nã cum ad Sirenarum insulã Philoxenum aduenisse relatum esset, ut illius insulae arcem, quæ per Idoñum tenebatur, necessariis rebus muniret, ex Andriæ portu FRANCISCVS egressus illuc cum duodeuiginti liburnicis celeriter est profectus, & Philoxeno per præconem denunciavit, an se dedere, an secum pugnam vellet inire; at ille animi ferox, & nauigiorem numero superior, è portu egreditur. Franciscus ubi hostium classem paratam ad concurrendum vidit, hortatus milites in hostem irruit, multo animi ardore vtrinque certatum est; præpolluit denique Francisci virtus, & industria: hostium enim classem fudit, fugauitque vix duarum horarum spatio. Postea ad Insulam prouectus, eam in suam fidem recepit. PHIL. Idem ferè cõ-

*D. Ant. Car
dines.
D. Ferd. Car
dines.
Cesar Brac.
Ostiantia.*

*Claudius Al
binus. Pom
peius Albi
nus demora
tore.*

*Gloria, &
dignitas,
Honor.*

*Civitas labo
ris.
Dignitas.
Vigilantia.
Fortitudo.
Ars.*

*Franciscus
Buccaplanu
la.*

rigit & SCIPIONI Bimontio, Nostri nã, quomodo ea res gesta sit? PRAEF. Scio, nã ipse sæpenumero narrare solet, ut qui sua plerumque inter contubernales iactat. PHILA. Narrato igitur quid egerit, multum enim cupio adolescenti illi. PRAEF. Cùm is ad Tecnium statuta haberet, quodam die forte milites, nauisq; in comœtu, viuoque in naues comportatum occupati erant, tum subito affertur nuntius naues quasdam cum magna vi auri & argenti per sinum Oligoriae præternavigare, re subita perculsus SCIPIO si tantam prædam amitteret, tubicines canere iubet, ut qui palantes per agros essent, redirent, ad tubarum clangorem vix conuenerant milites, nauisq; ascenderant, tunc SCIPIO cum pratoria naue primus è portu in altum euectus, instructaq; classe obuiam profectus cum xv. quadriremibus, eas subito aggressus in fugam conuertit, quas postea insecutus ex iis quatuor cœpit, vnde magnam vim auri in ærarium misisse gloriatur. PHILO. Scis quoque quid egerit MARCELLVS Curtius, qui se ad Galtriae promontorium excurrisse ait? PRAEF. optimè, cum eo affuit ANTONIVS Filomarinus, qui mihi rem omnem recensuit. Fama erat magnam confeceratorum hominum manum illuc paucis ante diebus conuenisse cum annotinis & priuatis nauigiis: propterea MARCELLVS, cui à te cura delegata erat, ut cū xxx. liburnicis hoc mare à pyratarum excursionibus tutum seruaret, ibi eos in stationibus esse cum audiisset, eò excurrendum putauit cum PAVLO, & THOMA FR. præstantissimis, quo cum primum appulit, tanto terrore eos concussit, ut relictis nauigiis à litore discesserint, & in superiora loca se abdiderint; Marcellus expositis cohortibus xii. quas secum ducebat, ac loco castris idoneo capto, postquam ex captiuis cognouit, ubi illi confedissent, duabus cohortibus ad mare relictis, quæ præsidio nauibus essent, ad eos progressus prælium committere cœpit, & loco superiore prohibere: resistere illi primum, at ubi obstinatè Paulus, & Thomas in eos irruere, tantus eos timor cepit, ut breui fusi, fugatiq; fuerint: ita multis casibus captisq; magna cõ gloria ad nos redierunt. PHILO. Nunc memoria repetò, nam per istos per multa argenti, aurique talenta in ærarium allata sunt. Neque dubito, quin iisdem honoribus functuri sint, quos eorum parentes sunt affecturi. PRAEF. Paucis ante diebus OCTAVIVS Altimarus Philoponii præsidio præfectus cum Paretonius cum xxx. nauibus ad Lophophagos appulisse diceretur, cuius aduentu magnus terror proximis oris, & Siciliae præsertim iniectus erat, secundos ventos nactus, illuc properandum statuit, neque talem dimittendam occasionem Itaque cùm iam Paretonius in Aetionem traiectum pararet, quod ex speculatorio nauigio Octavius cognouerat, ad eum mira celeritate contendit, eoque breui affectus in fugam dedit, x. ex eius nauibus captis, sed noluit longius insequi, quòd Syrtium, in quas illi se coniecerant, naturã nō ignorans, valde verebatur nē Liburnicæ in sicco haerent, qua ex re & prædam & gloriam reportauit. PHILARETVS. Prudenter egit, nam per multi duces cupiditate ducti hostes persequendi, locorum ignari in multas calamitates incidere. Hunc patris ad similem esse arbitror, qui in publicis reb. admittitradis nihil vnquã temere aggressus est. PRAEF. Neq; parua laudè meret SCIPIO Freccia Megaloprepiae præsidio præpositus cum pyratas multos ex illa ora fugasset, ei expectanti, quid tuo mandato acturus esset, subito casus tulit in cõmodum: quadã n. nocte cum plena eēt luna, quæ maritimos æst excitare solet, nostrisq; id esset in cognitum tanta tempestas coorta est, ut onerarias etiam, quæ ad anchoras erant alligatæ magnopere afflictaret, neque ulla nostris facultas aut administrandi, aut auxiliandi, dabatur. Quã obrem complures simul allisae fractae sunt, mensa etiam vna est, quã Cloathus gubernator regebat, neq; ipsum nauigandi peritia seruauit. Per multas integras Scipio tenuit, reliquas funibus, anchoris, aliisque armamentis amissis ad nauigandum ferè inutiles DECIVS frater acri ingenio præditus reparandas suscepit.

Negligentia

*Marcellus.
Curtius.
Antonius Fi
lomarinus.*

*Paulus.
Thomas.
Curtij*

*Octavius Al
timarus.
Laboris stu
dium.*

Nefas.

*Scipio Freccia.
Magnificen
tia.*

Decius Freccia.

PHILO. Spero istos & eip. fore non inutiles, cum praesertim gloriari possint MARINO patre eruditissimo & in rebus agendis integerrimo. PRAEF. Huius factum reuocat mihi in memoriam SCIPIONIS Minadori virtute. PHILA. Strenuus miles hic est, familia nobilissima clarus: Fuit huic pater THOMAS in publicis muneribus administrandis facile princeps, summo ingenio, & sapientia praeditus, qui ob singulari grauitatem & integritatem maximam gloriam sibi in Rep. comparauit. Sed quid egit Scipio. PRAEF. Is cum Eustathiae cum xv. triremibus stationes haberet, accepit duodeviginti pyratikas naues Atimiam prouectas in Zimiam proficisci, ut ibi se cum Agoneo coniungerent. nihil morari oportere ratus, instructis optime triremibus in altum prouectus non longe ab ea insula eas est assecutus. resistere illis, & cum nostris cogredi, quod numero plures, & bene instructae erant, veritas non fuit. At scipio animo sero cum praetoria primus in archipyrate nauem impetum fecit, primoque istum illam prope demersit, insiliere in eam subito IOAN. ANDREAS, & IOAN. ANGELVS Campanili in lites magnanimes, qui cum eo erant. Hec tam breui capta magnum terrorem ceteris iniecit. concurrere tamen & aliae, quarum si qua in hostium nauim incidebat, aut prostrata lacerabat, aut remos detergebat, aut libero inter ordines discursu praeteruecta in puppim impetum faciebat. Quod cum illi optime perspicerent fugam capere, eos tamen insequi Scipio noluit, veritus ne vento includeretur in hostium ora. PHILO. Ita factum, nam reuersus est cum hepteri capta, quae primo concursu icta erat, & quinque aliis pyratikas; quae ob causam ob patris dignitatem, & ob eius virtutis praestantiam ipsum hepteri illa donauit. PHILA. Tot ergo classibus, fuis, fugatisque a tuis praefectis arbitror non magnas copias in pugna cum Idonaeo affuisse. PHILO. Immo maximas. is enim cum primum post terrestres copias tua virtute attritas in Hipneam insulam delitiis affluentem ad nauigauit, aduocatis vndique suis ducibus, ingentem classem comparauit; rebusque omnibus ad belli usum diligenter instruxit. Conuenere cum eo quae primis Tarcentini, Sybaritae, Syracusani, Phaeaces, Perse, Lidi, Milesii, Abydeni, Ephesii, Aetholi, Iones, Bizantii, Colophonii, ex Graecis ciuitatibus copulantes alii, tum ex nostris regionibus. Cumque multi Campani, Atellani, Galli. Breui maritimae eius copiae adeo creuerunt, ut cum Xerxis classe concurrere non dubitasset. Quibus rebus, ipse commotus collectis vndique nostris classibus, Agrypniae decreui ex Senatus sententia cum hoste conligere, cumque Heptiremes deessent, eas statim adificandas curauit exemplo cuiusdam Corinthiae ab HORATIO Blanco iuvene solertis. interceperat, quae dum adificabatur interim remiges, qui maritimis laboribus adhuc assueti non erant, ut quam optime classis instrueretur, in arena exercendos curauit. PHILA. Videris mihi Romanorum primam in Carthagine iniectis expeditionem exprimere; Hi enim maritimos praeliorum ignari classem parare coacti nauigandi rudes subselliis in arena ordine collocatis remiges insidentes ad celestis, vel nauarchi vocem remos impellere docebant. PHILO. Illis quam celeriter omnibus rebus, optime instructis, (nam laetitia antea eas apparari iusserat) cumque nauigium genera multa in portu conuenisset, singulis nauarchos peritis praefeci, ut ceteri eorum prudentia regerent. Turritis igitur nauibus duces praeposuit IOAN. BAP. CARACC. & DECIUM eius FR. ASCANII F. egregios, ac singulari prudentia & virtute praeditos, quibus cum sepe aderat IULIVS & VESPASIANVS F. obsequentissimi. Quadriremibus FABRITIVM CARACC. ANTONII Astrologi peritissimi filium. Myoparones agebat VESPASIANVS Barnaba. AC TVARIAS PYRRVS ANT. Lafrancus, Triremes OCTA. Albinus & MARCVS Ceteruriones prudentissimos. Cataphractas M. ANT. Surgentius. Onerariis praefecit & HIERONYMVS Coppula, Dromonibus PAVLVS HIERONYMIF. Liburnicis M. ANT. Strotza cum FERDINANDO FR. Dyrotis CAROLVS Gimaldus, Hemiolis MICHAEL Massa, Pentacoris HIERONYMVS Maurus cum IO. BAP. FR. MARCELLI Mauri viri clarissimi F. Pistres agendas dedi IULIO Franco. Pyratikas PROSPERO Frecciae

Frecciae, Stratotidas CAROLO Spenio. Pentiremes OCTAVIO ENSIO. Quadriremes DOMITIO Bimontio, Heptiremes HORATIO Suardo, Rostratas FABRITIO Scorciato CAMILLI viri integerrimi filio: Celoces ANT. CARACC. FRANCISCI filio. Quibus imperavi curaret, ut bene armis instructos classarios milites haberent, ut cum ad manus ventum esset, singuli plurimum viribus obsistere possent. Praecesserat iam Catafropium speculandi studio quid ab hostibus ageretur, & cum primum nunciasset OCTAVIVS Lanfrancus adolescens solertissimus vna cum MARCELLO fratre iam Idonaei classis in Aprepiam praeteruectam ad Atemitum appropinquare in quatuor ordines diuisam, in portu amplius manendum non censui sed obuiam quadruplici quoque acie praedandum esse. Ex quibus primam ipse ducebam, alteram IOANNI BAP. ASCANII, TERTIAM IOAN. BAP. ANTONII F. Quartam OCTAVIVS Sammarcus, FABRITII F. Sed pridie quam in praelium profecturus essem sereno die subito Sol detecerat, quo signo perterriti militum animi pugnam detrectabant, tristisque dira omnia timebant; sed huius IOAN. BAP. CARACCIOLI, ut qui in astrologia ANTONIO patri par ferere existit, ope, ac eloquentia seruati sunt; is nam aduocata concione defectus Lunae varios, Solisque labores eleganti oratione exercitum docuit, praetera & mathematicis rationibus victoriam pollicitus est, cuius prudentia effectum est, ut confirmatis animis milites ipsi pugnam efflagitarint. PHILA. Habuisti ergo alterum Periclem, vel Niciam, ut Athenienses, & alterum Sulpitium, ut Romani, quos in Lunae, & Solis deliquis, perterritos exercitus de caeli ratione, & de siderum natura peritissime disputando non modo confirmasse dicuntur, sed etiam victoriae compotes reddidisse. PHILO. Sic est, plurimum tanti viri doctrinae Respondeo debet. Interim affertur Idonaeum in Atemitum cum classe appulisse, ducereque secum longas naues etc. omni armorum genere ornatissimas, atque inter eas xx. tanta mole, ut Cycladas pelago reuulsas adnare crederes. Cum igitur viderem esse nobis agendum cum duplici nauigiorum genere, ex quibus alia celeritate praestabant, alia magnitudine in caelum minari videbantur propterea ad artem confugi. PHILA. Nulla in re ars magis necessaria, quam in gerendis bellis; ingenio enim ut plurimum de fortium inimicorum manu victoria extorquetur. Quid igitur egisti? PHILO. Aduersus veloces naues Coruus multos aptatos Romanorum exemplo, quibus in Cartaginiensium naues velocitate praestantes immensis scis C. Duillium illustri victoriae reportasse. Aduersus grauiora nauigia Caesaris inuento in bello aduersus Venetos usus sum; falces enim praecuras infertas affixasque longuriis parauimus muralibus falcibus adsimiles, quibus funes antennarum inciderentur, his nam abscessis antennas concidere necesse est, & nauium vltum eripi. PHILA. Pulchrum inuentum, ut altere retineri, cum vellent elabi, alterae suis armamentis destituae minus laedere possent. PHILO. Eduxerunt ipse quoque classem peractis sacris, diuisque adiuuante. ex Agrypnia epimeliam praeteruectam ad Philoponiam appropinquabat, velis remisque cleoniam cetera debent cum esuma specula prospexi Idonaeum iam Astoria superasse, vicinamque Lemargiam praemotorium petere, vnde in Zimiam breuissimum & excursus. ipse quantum accelerare potuit ad Axioprepia maturauit, quod cum primum accessi, milites reficiendos curauit, quod aduerso Ethesiarum tempore adnixi penes defecerat. Vix nocte vna quieuerat, cum adesse hostes clarissime videmus. quae nocte vtraque classis postero die, luce prima tamen eodem die pugnatu est a portu soluit, & ecesserat ex Lemargia Idonaeus xx. ferere milibus, vestisque secundis aduersus nostram classem proficiscebatur: nam nos quoque ex Axioprepia mouisse videbat, maximam spe conceperat esse eam facile expugnaturum; Agoneum in prima acie praefecerat, alteram ipse ducebat, tertiam Gastrophilus, quartam Epitimus. Is igitur postquam nostras acies instructas, & paratas ad concurrendum videt, dextro cornu, cui Agoneus praerat longius extenso quasi hostem circumuenturus esset, in primam

Indecorum Nefas.

Scipio Minadous.

Constantia. Infamia. Danum.

Ioan. Andr. & Ioan. Angelus Campanili.

A somno non naui habet.

Vigilantia.

Horatius Blacus.

Qui nauigis praepositi fuerunt.

aciem mouere cepit, ipse cum omni robore medium agmen reg ebat rostris omnibus in hostem conuersis, postea magno, ac terribili clamore sublato, nostros inuadunt, à quibus ubi vehementer reclamatum est, magna fiducia, nec minus infestè illis occurritur. Tunc IOAN. BAP. Caracciolus cum xx. turritis nauibus, quibus præerat benè instructis, & qui secum electos ex omnibus legionibus fortissimos viros antesignanos, & centuriones habebat, magno animi ardore in dextrum cornu impetum fecit, acieque confertissima, firma ac composita extensum hostium agmen aggressus haud secus, ac aquila columbas, aut impastus leo damas, caprealque, primam aciem miscet, perumpitque, turbatoque ordine omnes ferè in fugam conuerterat, ni statim Idonæus cum altera acie occurrisset. PHILA. Nunquã me fetellit expectatio, quam de tam præclari iuuenis virtute antea conceperam, cum in decursionibus, bellique simulacris eum cæteris omnibus præstare videbam: Neque enim erat, qui eo melius equo infideret, nec qui certiorum hastam dirigeret, nec qui venustius in fictis pugnis omnia exequeretur, itaque magnopere gaudeo eum paternæ virtutis se æmulum præstare. Militauit enim Alcanius pater sub C. A. ROLLI V. auspiciis, omniaque militaria munera obeundo, & prudenter consulendo eò prouectus est, quò paucis peruenire licet. Sed perge, quid tu intrea? PHILO. Vbi Idonæum duplici acie concurrisse vidi, turritaque circumuenire, statim cum altera ipse accuri: ibi magnum committitur prælium, dubioque euentu aliquandiu pugnatum est vtrinque fortissimè. Neque Idonæi copiae nostris virtute cedebant, plerunque celeritate nauium, & gubernatorum peritia confisæ nostros cludebant, eorumque impetus excipientes producta longius acie, circumuenire illos nitentur, aut pluribus nauibus singulas adoriri, aut tracurrentes remos detergere. Maximo terrori fuere nostris primo occursum turritæ hostium naues, cum primum aduenere, insularum instar mare occupantes, ex quibus infinita telorum vis superne vehementius adacta compluebat, tum sagittæ illæ ardentes oleo, stipa, sulphure, ac bitumine obuolutæ per balistas emissæ fulminum instar transtra, ac corpora incendebant. Quamobrem tanto terrori occurrere celerissime opus fuit, alioqui in dubium Literaria classis vocabatur. Dum igitur primæ classis præfectus ferreis manibus, & harpagonibus, expeditis celere hostium naues, ne elabi possent, morabatur, iniecitque scalis, in eas à præstantibus militibus descendebatur, quibus machinis non parum hostes percussus sunt. Cum calcatis nauibus, iussi IOAN. AND. Campanium accedere, qui cum primum ad hostium naues propius accessit, expeditis longuiriis cum falcibus, eas aggressus, pulchrè reddidit spectaculum: nam excisis funibus cadentia vela hostes implicabant, quare non minus hi cum velis, & falcibus, quàm illi cum harpagonibus, coruiscisque colluctabatur. Sic recreatis nostrorum militum animis primi in hostiã classes desiliere VESPASIANVS Carac. BAP. frater, què infestis sunt OCTAVI VS & FABIVS Pificelli, & cum his, DIOMEDES Buccaplanulus, tum TARQVINVMITIVS & SEPTIMIVS Prisci Hortensii filii, quorum exèpla secuti. BRANCA TII, LANFRANCI, QVADRAE, MAVRI, ENSII, BLANCHI, CORTESI STROZZAE, aliique permulti tanto animi ardore hostes cedebant, vt hinc leones, illinc oues videres. PHILA. Arbitror hos milites magnanimos haud secus pugnasse, at que quòdã Græci aduersus Xerxis maximas illas classes, quas ex Asia in Græciã egit, ex quarum profligatione Themistocles maximam sibi laudem comparauit. Sed quid tum agebant reliquæ Idonæi Acies? non ne fugam moliebantur? PHILO. Immo tertia acies cum suis infeliciter pugnare conspiceret, tanto impetu clamoreque irruit in nostros, totque caedes nostrorum primo occursum edidit, vt nisi statim FABRICIVS Caracciolus aduolasset cum tertia acie, magnè subissem periculum: is pugna instaurauit, in què subito cõcurrit Gastrophilus, ita inter tertias acies magnum

es magnum cõmittitur prælium. Iaculisque cõpluribus, vtrinque immittens magna aditæ caedes. Itaque in tertiam istam aciem insilierant SVVARDI iuuenis cordatissimi vna & OLYMPII, ANGRISANI, PAPII, MAFFAE, CAPONI, RISTALDI, cõpluresque alii milites validissimi. Hic qui clamores, qui strepitus, quæ caedes, qui casus fuerint, vix dici potest. Sic tria magna praelia vnum sub tempus paruis inter se diuisa spatii telis, gladiis, ignitis, iaculis quæ immitebant & omni conatu certantia conspicebantur. Multis fractis nauibus, multis salo iumentis enantes exanimis fluitare, alios tabulis, alios remis, alios scutis ipsis anitentes toto æquore licebat conspicerere, rubescebant cruore fluctus, naues per hominum corpora transillire, clamore, balistarum, scorpionumque ictibus cælum, ac littora, montes, vallesque vtrinque relonabant. Erat iam pugna inter sexcentas naues rostratas præter onerarias, Myoparones, cataphractas, celoces, ceterasque, quas auxiliarii ducebant, & quæ commeatus gratia sequebantur. PHILA. Quàm optare in mentem venit, vt tam præclaram pugnam ex edita aliqua specula spectare licuisset, quemadmodum Africano contigisse ferunt, qui ex Hispania legatus in Africam missus ex alto colle prælium inter Massinissam & Carthaginenses, quod in eius aduentu forte committebatur, magna lætitia spectauit. eoque maiore, quòd ex ea pugna Massinissa superior discessit. PHILO. Horrendum est spectaculum, nam quid nauali congressione crudelius, quid atrocius esse potest? vbi & aquis, & telis, & flammis perimuntur homines. & te arbitror scire, quàm eiusmodi mortis genus fortibus viris horribile videri soleat. Sed vide hostium pertinaciam, perfidiamque. Relictus erat OCTAVIVS Sammarcus cum xl. triremibus & cum triariis fortissimis, & permultis ex iis, qui tecum antea militauerant, & qui ad me post pugnam terrestrem accurrerant, vt ad profligandum Idonæum auxilio essent. eo consilio, vt cum opus esset opem laborantibus ferret; Hos Epitimeus conspiciatus, dum cæteræ acies prælio erant intentæ, cum L. rostratis eas prætergressus, Octauium, qui à tergo nos sequebatur, inuadit, arteque quadam eius, naues circumseptas ad littus propellere nitentur. PHILA. Astute, nam naues ad littora protrusæ pugnandi impetu destituuntur, cum præstet alto, liberoque mari potiri. PHILO. OCTAVIVS & si optimè perspiceret, neque nauium magnitudinè, neque numero parem esse futuræ dimicationi, militum tamen, & sua virtute fretus fortunæ rem committendam existimauit, itaque primus in duces maximè impetum fecit, committitur acriter prælium, concurriturque ad duces maxime, vt suo quisque præsto esset. Tum Octavius cohortatione, & virtutis exemplo victoriæ causam attulit. Militibus enim aliquantum cunctantibus Apollinis vexillo ex puppe euulso, Desilitè (inquit) commilitones nisi vultis, signum hostibus prodere, ego certè meum officium præstabo. Id cum magna voce dixisset, se in hostium pentiremem proiecit, tum cæteri cohortati inter se, ne tantum dedecus admitteretur, vnuerſi ferè in hostium naues transiliere, atque inter hos primi NESTOR, & OCTAVIVS Caraccioli, ANNIBAL, & LAELIVS Pignatelli; D. ANT. & D. BBR. Cardines. HORATIVS & SCIPIO Galeotæ. Tum SCIPIO Squardus cum minoribus Scaphulis cohortatus milites bipennes expediuit, tunèque incidere cepit, quibus aduersariorum ligata erant gubernacula, expediere alii asseres ferratis capitibus, quibus hostium naues siue à dexteris, siue à sinistris accederent, propulissent. Sic primum hostium pentiremis in nostrorum manus peruenit, atque ex aliis multæ depresso, multæ captæ, aliae perforatæ, & asseribus impulsæ fluctibus obrutæ sunt; reliquæ in fugam coniectæ; Hæc res magno terrori fuit cæteris; fuit & victoriæ initium. Nam cum primum has fugientes conspexere, animo cæteræ acies percussæ in fugam versæ sunt. Eas ipse infestus sui usque Timiam. Ex Idonæi ducibus Agoneus, & Anander in nostram venire potestatem,

Ioã B. p. Ca
rac. lauda-
tur.

Ioan. And.
Campanius.

Vespasianus
Caracciolus
et alii.

Nestor, &
Octavius Ca
raccioli.

Horatius
Suardus.

quos triumpho seruandos iussi. Idonaeus cum Rhodia quadam nauis in Afiniam effugit, seruatus est agilitate nauis, gubernatorum arte, & scientia remigum. Eum tamen IOAN. BAP. Caracciolus quod potest, cum x. liburnicis persequitur. Epitimus cum paucis Aprepian uersus effugisse dicitur, quem HORATIO Suardo insequendum mandauit. Ita ccl. hostium nauibus captis, quinquaginta obrutis, huc ad te accurri, vt postquam iisdem consiliis, armisque Literariam Remp. tutati sumus, simul etiam triumphum ob res fortissimè gestas terra, marique in urbem ducauis. PHILA. Ita fieri oportet. Sed ad eam castra, vt praefectos, tribunos, & centuriones, caeterosque milites nostros, qui tam praclare literariam Remp. adiuuere, dignis praemijs afficiamus. Video enim ex tuis permultos rostratas coronas merere. PHIL. Sic agendum, nam inter tuos quoque non ignoro esse plures, qui bus ciuicae, vallares, muralesque coronae sunt tribuendae. PRAEF. Vtinam ipse rostrata decorum caput in Triumpho ostendam, vt plurimum in hostium classe profli-ganda laboraui.

IOAN. BAP. R. DIALOGVS XIII.

CVI TITVLVS POMPA TRIUMPHALIS.

ANTONIVSCARAC. SENAT. TRIUMPHI PROCVR.

CAMILLVS SCORCIATVS AEDILIS CVRVLIS.

FABRITIVS SAMMARCVS TRIBVNVS PLEB.

SEN.
Triumphus
hic laudem
indicat, &
gloria, quas
literati viri
post multos
susceptos la-
bores sibi co-
parant.



OSTEVAM Literarii Senatus consensu decretum est, populi-
liquo iussu confirmatum, vt triumphus tam PHILARETO,
quam PHILOTIMO apparetur, diligenter curare oportet,
vt ducatur amplissimus. AED. Ita: ornata pompa in-
struenda est, quando re bene gesta, iustaque victoria par-
tam praestantibus viris dignum honorem exhibere oportet.
Nullam enim aliam mercedem virtus postulat, nisi hanc lau-
dis, & gloriae, qua sublata quis vnquam aut laboribus fran-
gi, aut pericula pro patria adire aequo animo poterit?

TR. P. Iure igitur sapientes prisca statuere, vt fortes viri ob praclare gesta non so-
lum laudibus, sed etiam maximis praemijs afficerentur, & praesertim triumphali
honore decorati in patriam redirent, quo nihil maius humana ingenia excogitare
potuerunt. SEN. Sic virtus proprio munere non vacat, & caeteri ad magna opera
pro patria, & pro virtute edenda magnopere acceduntur. Nam vt poenae formidi-
ne a sceleribus deterrentur mali, sic praemiorum spe ad honesta facinora excitan-
tur boni. AED. Iubeamus ergo triumphum exornari omnium rerum copia orna-
tissimum, plurimum enim vterque Consul in Literariae Reip. imperio augendo cla-
borauit; taliumque virorum virtute, consiliis, ac vigilantia effectum est, vt Litera-
rius populus maximas spes sit consecutus. SEN. Haec tuae sunt partes CAMILAE,
qui

qui aedilitio munere fungeris. Equidem, quantum in me situm erit, operam dabo,
vt ducatur amplissimus. Te quoque FABRITIO, qui Tribunitia potestate polles,
decer pro necessitudine, quae tibi cum vtroque intercedit, tanta in re opem aliquam
ferre. TR. Id ipse curabo, quod potero: sed tu ANTONI eruditissime, cuius in ge-
nio, & memoriae, nihil est tam difficile, vel tam vetustate abstrusum, quod non pa-
teat, edisserere quaeso (nisi molestum erit) qua pompa, quo ve ordine triumphum in-
struere oporteat. AED. Honesta petitio est, & quam ANTONI effugere non potes:
Neque enim solum natura, & moribus, verum etiam studio, & doctrina te sapientem
existimant, nec sicut vulgus, sed vt eruditi solent appellare sapientem, cum in te vno
sint omnia, quae sunt cognitione dignissima. SEN. Rem sane difficilem petitis, &
meis viribus imparem. Nimirum quoque mihi tribuatis, & tantum quantum ego
nec agnosco, nec postulo. Scitis enim quanti sit sapientem appellari; cum etiam A-
pollinis oraculo vix vnus Athenis hoc nomine dignus sit existimatus AED. Et si
caetera deessent, cum tamen in te omnia sita sint, id tibi praestat eruditio illa, qua cae-
teris omnibus antecellis, & qua omnium mentes, vt libet ducis, reducisque vnde
fit, vt in te omnium oculi sint coniecti: quare vel hoc ipso te sapientem iure possu-
mus appellare. Sed tu noli excusatione potius, & modestia ista, qua polles, nostrae
cupiditati satisfacere, quam uetera voluendo, quorum peritissimus es, tuum officium
explere. Idque non solum mihi, sed etiam FABRITIO pergratum erit. TR. Ita
quidem, atq; id ipsum cum tecum agere cogitarem, CAMILLVS anteuertit. SEN.
Ego vero non grauarer, si mihi ipse considerem; maioribus enim rebus districtus e-
iulimodi rerum notitiam penè aboleui. Vellem id oneris HADRIANO Guliemo
antiquarum rerum peritissimo permitteretis, quem tali in re scio esse vobis opti-
mè satisfacturum. AED. Recte tu quidem, & verè, sed per temporis angustias non
licet Hadrianum adire; & is forte in nobili tua academia occupatus, nunc id praesta-
re non poterit. Qua propter cum tu hic adsis, praestabit te id exequi: abste id ma-
gnopere petimus. SEN. Quando ita vultis, cupiditati vestrae, vt potero, morem
geram; non enim ignoro, quale, quantumque sit amicitiae imperium, quod nefas est
detrectare. Illud igitur sit orationis nostrae initium, inter omnes honores, & mu-
nera, quae maximis ducibus ob praclare gesta a prisca exhibita fuere, triumphum
primas obtinuisse, quem dux aliquis deuictis hostibus in urbem rediens incolumi
exercitu, Senatus decreto, ac populi iussu magna cum celebritate, ac pompa duce-
bat. TRIB. Cur, quaeso, eiusmodi pompae triumpho appellatio data est? SEN.
Eam ita dictam Varro existimat, quod milites Imperatorem comitantes clamare so-
lebant: Io Triumpe, atq; à τριμψο. Liberi patris cognomine dictum esse affirmat.
Bacchum enim triumpho primum institutorem fuisse dicunt, quod & Vergilius at-
tigisse videtur his verbis. Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis
Liber agens cello Nyfae de vertice tigres.

Hadrianus
Gulielmus.

Triumphus
quid.

Unde dicitur

TRIP. Diodorus tamè eum Indico elephanto vectum de Indis triumphasse scribit.
SEN. Illud quoque in mentem venit, ex triumphis alterum fuisse maiorem, qui pro-
prie triumphus dicitur, minorem alterum, cui nomen Ouatio. TR. Quid hoc no-
minis est? SEN. Plutarchus ab oue ita dictum fuisse scribit, quam triumphator incol-
lum is reuerfus maetabat. Sed festus a clamore illo deducit, quem milites triumphato-
re sequentes efferebant, geminata litera o o. inde et ouantes dictos quasi la tan-
tes, vel ab ohe, qua interitione gaudio aliquo affecti vt solent. TR. Quibus in re-
bus ouatio a triumpho differebat? SEN. Pluribus. Nam qui ouans urbem ingre-
diebatur, non curru gestabatur; sed uel equo insidens, vel pedibus inibat, sine tra-
bea, sine picta tunica, eumque comitabatur exercitus non laurea sed myrtea co-
iona

Ouatio.

rona, quo etiam tempore non tubae, sed tibia concinebant. Neque Senatus, sed equestris ordo precedebat. AED. Cur instituta fuit ouatio? SEN. Ouandi causas fuisse scribit Gellius, vel cum bella non rite essent indicta, neque cum iusto hoste gesta, aut cum hostium nomen humile fuisset, vt feruorum, & pyratarum, aut deditio repente facta esset, incruentaque victoria parata, aut (vt ait Plut. in Marcello) non armis res parata esset, aut cum sine magistratu, aut alienis auspiciis, aut in aliena prouincia. Cui facilitati aptam esse Veneris frondem crediderunt, quod non Martius, sed quasi Venerius triumphus quidam foret. TR. Sed M. Crassus cum ouans post setuile bellum rediret, myrteam coronam insolenter aspernatus est, Senatuque consulto per gratiam impetrauit, vt lauro, non myrto coronaretur. Idem de Tyberio scribit Sueton., qui ouans curru urbem ingressus est primus triumphalibus ornamentis decoratus nouo nec antea cuiquam tributo genere honoris. SEN. Permultos ouantes urbem in gressos fuisse legimus. primum vero Posthumium de Sabinis ouationem duxisse, quonia rem leuiter, & sine cruore gesserat, myrto Veneris vitricis coronatum asserit Plin., ccl. anno post urbem conditam. Longo post tempore Marcellus cum Syracusas expugnasset, ouans multam prae se praedam in urbem intulit, negatus ei tñ fuit triumphus, quod sine magistratu ad illud bellum missus esset. Triumphare ita quoque Lentulus, & M. Fuluius nobilior ex Hispania, & Appius Claudius ex Celtiberis. TR. Fac ergo vt sciamus, quibus de causis dabatur triumphus. SEN. Ex his, quae de ouatione diximus, patere potest eum, qui triumphum assequi cupiebat, esse debere aut Dictatorem, aut Consulem, aut Praetorem, non sine magistratu. Vnde P. Scipioni, qui priuatus in Hispaniam cum imperio fuerat missus, triumphus non datus est, Lentulo, & M. Heluio Blasiouatiatio data est. Fuit quoque lex, vt triumphus pro aucto, nō pro instaurato imperio daretur: sic Q. Fuluius post receptam Capuam negatus est, & L. Opimio post Fregellas in ditionem redactas. Opus erat quoque, vt qui triumphum consequi vellet, pacatam prouinciam successori traderet; cuius rei gratia L. Manlius a Senatu in aede Bellonae triumphus negatus est. Quibus ex verbis patere etiam arbitror, morem fuisse apud Romanos, vt petenti triumphum Senatus daretur in aede Bellonae, atq; vt triplici iudicio honestaretur, exercitus primum, qui eum Imperatorem salutabat, tum Senatus decreto, denique populi iussu. AD RT. Hinc forte quidam censent triumphum fuisse appellatum, cum triplici daretur sententia. Fuit praeterea & lex illa, vt qui triumphum affectabat, supra quam que millia hostium vna acie interfecisset; at si quis ex ciuili bello victoria potius esset, triumphus ei non dabatur, quod in bello ciues, non hostes profligasset. Sic neq; P. Nasicae, neque L. Opimio, neque L. Syllae, neque Q. Catulo, neque C. Ant. post occisum Catilinam triumphus datus est. TRIB. Scio ipse apud Tribunos legem extitisse, quam L. Marius, & M. Cato Tribuni pl. tulerunt, poenam imperatoribus minantes, qui aut hostium occisorum, aut ciuium amissorum in praelio falsum numerum ad Senatum scripserunt; iubentes quoque, vt quam primum in ad urbem accessissent, apud quaestores urbanos iurarent, de vtroque numero verē se ad Senatum scripserunt. SEN. Illud quoque lege sancitum fuit, vt propriis, non alienis auspiciis rem gessisset, qui triumphum cupiebat, quod exemplo Q. Valerii Pratoris, & Q. Lutatii consulis bello Punico primo confirmatur. Et quoniam sine magistratu, aut certe sine imperio triumphare nemo poterat, qui sine magistratu urbem triumphandi causa iniri e-rant, eis le gem de imperio ferre necesse erat, vt eo die, quo urbem inirent, cum imperio essent. TRIB. Ita quidem. Nam Tribunos pl. ex auctoritate Senatus ad populum tulisse scribit Liuius, vt M. Marcello, quo die urbem ouans iniret, imperium esset, sic & alibi ait mandatum Q. Cassio praetori cum tribunis pl. ex auctoritate patrum rogationem ad plebem ferrent, vt ijs, quo die triumphantes in urbem inueherentur

Quibus de causis dabatur Triumphus.

herentur, imperium esset. AED. Fuere ne aliqui, qui cum magistratu non triumpharint, vel contra qui sine magistratu triumphum assecuti fuerint? SEN. ex ijs, qui cum magistratu, atque adeo cum summo imperio fuere, soli decemviri & Tribuni militum Consulares triumphum nullum egerunt. At Cn. Pompeio sine magistratu datus est. AED. Inuenisti ne, morem fuisse ex profligatis classibus triumphum duci? SEN. Quid nisi? C. Diuilius scribit Liuius, primum de Carthaginensibus, naualem triumphum egisse, qui in eius rei memoriam quoties a coena domum reuertebatur, volebat sibi funale, & tibicinē praecedere. AED. Quis primus ex terrestri victoria apud Romanos triumphum duxit? SEN. Dionysius & Plut., id Romulo primum assignat. L. Florus, & Eutropius L. Tarquinius Priscum huius instituti auctorem faciunt, quod & Liuius videtur confirmare. Sed triumphandi morem Romulum instituisse censet Plut. Curulem verò triumphum a L. Tarquinio institutum fuisse. At ex Consulibus P. Valerium primum triumphasse constat, vt primus Consul pro rogato imperio triumphauit Q. Publilius Philo de Palaeopolitanis. Praetor primus Q. Valerius Falco de Siculis. Primum sine Senatus consulto collega intercedente P. Seruilius Priscus eos, de Volscis anno urbis cccclviii (nisi me fallit memoria) primi patribus inuitis iubente populo de Sabinis. M. Horatius, de Aequis L. Valerius triumpharunt anno urbis ccciv. Primum Papyrius Maso cum benē gesta re triumphum a Senatu non impetrasset, in Albano monte triumphandi initium fecit, cuius vestigia secutus est M. Marcellus, qui bello punico secundo de Syracusanis in eodem monte triumphauit. Sic & C. Cicerius postulato frustra triumpho, ibidem egit. TRI. Ergo non in vrbe solum, sed etiam extra triumphum duci morem fuisse ex eiusmodi exemplis confirmari potest. SEN. Ita: sed etiam in Castris ea res triumphum referre videbatur, cum quis post praeclarum facinus per media castra incedens cum armato praesidio, in eum coniectis omnium oculis, militibusque clamantibus ad praetorium adibat. Vt de Decio scribit Liuius, qui triumphus castris dici potest. Sed vt plurimum verus triumphus in Capitolium ducebatur, via sacra, & porta, quae propterea triumphales dicebantur. AEDIL. Age ergo postquam tā singulari memoria, quae ad triumphandi causas pertinent, explicasti, dic obsecro, quibus reb. ornari solebat, tum quo ordine ducebatur. SEN. Laus haec memoria excitat. Triumphalia ornamenta fuere, curus primum, quo vehebatur Imperator; corona, patera, sella, scipio eburneus, toga picta, tunica palmata, tropaea, triumphales arcus, deuictorum oppidorum, marium, fluminum, montium imagines, cena, ludi, quae omnia pompe nomine includuntur. AED. Singula haec scire cupimus, & primum currus quomodo apparabatur. SEN. Currus erat auratus, non forma quadrigarum, quarum erat vltus in bellis, & in ludis, sed turrata, rotundae enim turris formam imitabatur sculptis Iouis, Neptuni, caeterorumque deorum imaginibus. eique nolam, & flagellum appensa fuisse comperio, quibus significabatur, eum, qui tanta pompa vehebatur, in eiusmodi calamitatem incidere posse, vt & flagris caederetur, & capite damnaretur; nam qui ob aliquod scelus supplicio afficiebantur, nolas gestare cogebantur, ne quis contactu eorum piaculo se obstringeret. Currum quatuor candidi trahebant equi, interdum tauri. Sed Pompei currum quatuor elephantes traxere, quem Caesar imitatus xl. elephantis vectus est, dextra, laeuaque Lycnos gestatib. auctore Tranquillo: & Gordiano quadrigae elephatorum decretae sunt triumpho Persico. Aureliani currum quatuor cerui traxere. Morem quoque fuisse inuenio vt in triumphatoris curru eius liberi duci possent, vel in equis insiderent, vnde & Paulus Aemilius spetiosissimo triumpho filium duxit eum, quem postea triduo amisit. Legi quoque & Dionem historicum cum Traiano eodem curru inuictum quasi eiusdem gloriae participem. Et cum M. Antonio Philo-

Quis primus naualem triumphum duxerit. Quis primus triumphauit

Mos triumphandi in Albano monte.

Castris triumphum.

Triumphalia ornamenta. Currus.

sopho

sopho L. fratrem. Memoratur & pulchrum Hadriani factum, qui triumphum à Senatu oblatum recusavit, in eoque Traiani imaginem, cui debebatur, gestari voluit. AED. Cur aliqui asserunt in eo curru seruum, vel publicum ministrum gestari solitum esse, qui capiti coronam imponeret? SEN. Vt eum de humana imbecillitate admoneret, neque tanto sese efferret honore, cum in eam calamitatem incidere posset, ut seruus fieret, cuius rei etiam indicanda gratia ferreum anulum gestare in digito solebat. AED. Quàm bene sapientum instituto sancitum fuit, ut aliquo exemplo humanae naturae fragilitas felicibus proponeretur. Quamobrem optime apud Aegyptios institutum fuisse inuenio, ut cū quispiā in regiam dignitatem accessisset, marmorarius aliquis altaret cum calatho versicoloribus marmoreis frustis referto, qui ex eo peteret, quo ex marmore sibi sepulchrum construi vellet, sic tacite eum admonens, ne in alto statu positus humanae conditionis obliuisceretur, breui moriturus. TR. P. Sapienter Philippus Macedonum Rex iussit Cubiculario suo, ut quotidie mane cubiculum ingrediens, diceret. Philippe, memento te hominem esse. SEN. Vtinam huiusce rei memoria assidue ante oculos versaretur. Sed verè inquit Plin. vno homine in terris nihil esse superbius. Nam neque defuerit illi, qui eò vesaniae processere, ut etiam diuinos sibi vendicarent honores. AED. Sed ut currus formam effinxisti, ita explica (quæso) & triumphatoris habitum. SEN. Scribit Plin. quod & Iulius confirmat, Triumphantis corpus in initio illum morem fuisse, & sic Camillum triumphasse: quod ea de causa factum putant, ut æthereum splendorem referret, ac ita inter cæteros enitescere existimaretur, ut coelum inter cætera naturæ opera. Cursu quoque inuehebatur, ut Deorum vitam ascensus videretur; scitis, n. deos ob dignitatem, qua pollent, curribus vectari poetas finxisse, qui nihil aliud nisi cœlestium siderum motiones indicant, Ipse præterea triumphator in sella curuli eburnea sedebat indutus tunica palmatam, supra quam toga picta iniiciebatur, coronam in capite gestans, dextra scipionem eburneum, vel ramum ex lauro, sinistra auream pateram. ED. Singillatim hæc edisserenda sunt, ut melius intelligi possint. SEN. Faciam libenter, & de corona primum, qua caput ornatur, vnde consilia manant, quibus bellum & geritur, & conficitur, eam ex lauro fieri vel ex eo constat, quod laurea appellatur: hæc ex foliis maioribus, rubentibusque baccis pendentes eligebatur. Triumphatoris habitum æmulabantur & milites, ceterique ciues, qui omnes cum laureis pompæ aderant. AED. Cur lauro potius tanta in celebritate habitus honos? SEN. Id factum esse arbitror in omen secundæ fortunæ, cum triumphator optaret, ut semper eius facti gloria permaneret, neque villo calamitatis incommodo labefactata esset, ut semper viret laurus, neque fulmine icitur. Scitis quoque apud veteres eam permansisse opinionem, ut existimarent laurum, ubicunque lata, vel affixa fuisset, domino incolumitatem præstare. Quamobrem causam & in nummis eius imaginem sculptam inuenire licet in custodia, ac tutelæ signum. credebat etiam efficax esse aduersus venena, vnde & lauro scipione veteres aduersus insidias muniebantur. AD. Merito igitur laurea adhibebatur. Nam nulli veneno magis subiecta est virtus, quam inuidiæ, quæ semper per bonos insectatur, mea quidem sententiâ nihil homini, & præsertim felici magis timendum est, quam virtutis comes inuidia, cum commune hoc sit vitium, & peruagatum, ut præstanti, florentique fortunæ inuideatur, cuius quales morsus sint, sensere apud Athenienses Miltiades, & Themistocles, ut apud Romanos Camillus, & Scipio. SEN. Propterea inuenio Triumphantium gestamen bullam fuisse, quam præ se gestabant inclusis in eam remediis, quæ aduersus inuidiam pollere credebantur. Milites quoque laureati urbem ingrediebantur, vel quasi perpetuam viri ditatem Reip. ominantes, vel ut indicarent mundatos, purgatosque in urbem venire

nam, cum antea ex hostium cede sædatis essent. Nam lauri suffimento purgabantur prisci aliquo piaculo positi propter religionem animo insitanti, vel quod ea arbor siccissima est. Triumphalem denique coronam procedente tempore ex auro conficimus mos fuit, sed in lauri foliorum formam, inde aurum coronarium dictum est, quare omnium præstantissimum. TR. Cur poetis etiam laurea data? SEN. Quid mirum, si sunt Apollini sacri, cui etiam laurus dicata est, & virens arbor Deo semper iuuentute virenti, viret semper laurus, cuius rei gratia fuit perennitatis symbolum, quam præcipuè ex suis carminibus poetæ aucupantur. Verum illud est.

Non petitur sacris nisi tantum fama poetis.

Sunt præterea poetæ præcones eorum, quæ gesta sunt à viris fortibus, quare & eiusdem gloriæ participes, cuius rei gratia non ignoratis quot honores, & præmia apud magnanimos duces sint assecuti. His de causis etiam flamines laureæ vrebantur in sacris, ut inquit poeta.

Flamen & ipse suas miratur vertice lauros.

Et si non ignoro varis quos coronis flamines uti solitos pro Deorum qualitate: sed iam accurrendum est ad triumphantis vestitum. AED. Ita, nam iam dudum scire expeto, quid tunica illa palmata, & toga picta essent. SEN. Tunicam palmatam à palma id est à victoria nomen accepisse volunt, vel quod in ea depicta essent folia, & surculi palmarum. cur verò palma esset victoriæ symbolum, notum est (ut vulgo dici solet) lippis, & tonsoribus. Hoc vestimenti genus cum triumphantis tantum daretur, triumphalis quoque dicta est. Toga verò cum ex purpura & auro intertexta esset, inde nomen habuisse videtur, ornamenta hæc ex Capitolio, vel ex Palatio sumebantur. Eiusmodi habitu decoratus Imperator, cum ei triumphus iam decretus esset, conuocato populo, militibus varia distribuere munera, alios laudibus prosequeretur, aliis armillas, aliis hastas puras, aliis coronas aureas, aliis argenteas, in quibus viri, aut facti nomen expressum erat, largiebatur. Idque fiebat in Vaticano ad Iulidis templum vnde triumphus agebatur. Sed hæc hæc hactenus, nisi quid aliud forte expetitis. TR. Maxime. Trophæa. n. & triumphales arcus, explicare oportet, hæc. n. ad Triumphalem pompam pertinere proposuisti. SEN. Auertant Dii, ne vnquam cum tali creditore, qui tam memoriter omnia tenet, agendum sit. Et qui etiam assens, & teruntios efflagitat. TR. Quid non magna hæc sunt, si ad triumphum pertinent? SEN. Ita sed omnibus iam vulgata. Nam quis est qui nesciat, trophæa spolia fuisse ex hostibus capta & stipitibus affixa, ita dicta ab hostium fuga, quam Trophæa Graeci appellant, eaque propterea exco gitata fuisse, ut hostium ignominiae testes essent, quæ postea in saxo aliquo posito literis & imaginibus sculptis exprimi solita sunt. Est apud Liuium feruli mentio, quod Trophæum sapere videtur, ita à ferendo dictum. Erat enim ligneum gestamen, in quo hostium spolia deferebantur. Id primum à Romulo institutum fuit post Ceninensium Regem occisum, cuius spolia ferulo apposita in Capitolium detulit, ubi ex quercu suspensa Ioui dicauit, & templum Ioui feretrio condidit. Meminit huius uocis & Suet. in Cæsare, cum eum asserit Pontico triumpho inter pompæ ferula trium uerborum prætulisse titulum. Veni, Vidi, Vici, vnde & quidam existimant ferula fuisse pulpita quaedam lignea, in quibus Deorum simulacra reponerentur, quæ Cic. pomparum ferula appellat, sed hæc etiam Pegmata graeca voce dicta sunt, quæ ex lignis essent compacta: quibus in machinis utriusque captarum simulacra, & caeforum, aut captorum ducum imagines, eo habitu, quo capti, aut caesi essent, exprimebantur: tum belli icones, ut alii fugere, alii capere & insequi uiderentur. hæc ferrebant serui purpureis, aureisque uestibus ornati. TR. Libet mihi pecuniam meam credere eiusmodi debitori, qui multo plus asserit, quam pollicetur. Nam præ-

Cur Poeta denatur laurea.

Tunica palmata.

Trophæum quid.

Ferulum.

Seruus in curru.

Triumphatoris habitus.

Laurea.

ter Trophæa, Feretrum, & pegmata exegi. Sed perge ad triumphales arcus; scio enim hic quoque aliquid lucro esse me appositurum. SEN. Vide ne dum lucrum affectas avari, aut erucatoris nomen assequare. Ipse, quæ mea tenuitas est, auiditati tuæ satisfacere studebo. Triumphales arcus habebant statuas suis locis collocatas, & rerum gestarum imagines expressas è marmore, ut illarum perpetua extaret memoria: his quoque & inscriptiones addebantur, quæ Triumphantis titulos, laudes & facta cõtinebant. Hos institutos fuisse arbitror, (ut aliquid de meo ipse addam) non solum memoriae causa, sed etiam ut indicaretur, eos, in quorum honorem erecti erant, ita caeteris hominibus antecellere, ut arcus illi supra terram extabant. TR. Expedita prima pensio est: perfoluenda nunc altera restat. SEN. Proferte tabulas; nolo aliquid perfoluere, quin liquidò constet, me aliquid debere. AED. Quid credis nos centesimas repetere, cum anatacissimo? sortem tantum exposcimus, ne foeneratores aut erucatores nos clamites, nedum semissem pecuniam, aut trientarium foenus.

SEN. Reuocate ergo in memoriam. AED. Pompæ ordo perfoluendus est. SEN. Ah, iam redit in memoriam, multum aeris est hoc, pecuniam binis centesimis foenori accipere nunc opus est. Dii faxint ne tanto, & iniquissimo foenore versuram facere cogar. TR. Age age numerata pecunia perfolue quantum debes, nisi in ius trahi mauis. SEN. Aquam è pumice, sed quod habeo, perfoluam. Pompæ ordinem hunc fuisse inuenio. Vbi ad Vaticanum Imperator cum exercitu conuenerat, procedebat primùm Pontifices, flamineque cum omni religioforum hominum turba, tum victi marii cum victianis, ut Diis se grates agere Imperator ille indicaret ob rem feliciter gestam; cum his ducebantur & Thensæ i. sacra vehicula, & praefertim argentea cum Deorum imaginibus, ita dictæ, quod ante eas lintea tendebantur, quæ gaudebant manu tendere, vel tangere, qui in viis astabant, vel ἀπὸ τοῦ θείου ἰ. à re diuina. Ante thensas incedebant & Salii cum ancylibus serico cerulei coloris induti albis tenuis intertexto, agebatur & currus magnificè ornatus cum Palladio, inter salios aderant aliqui saltantes, & carmina canentes, quæ saliarum appellabantur, & ut turba delectatione aliqua afficeretur, incedebant cum his & ridicula quaedam, ut Ciceria Mâducus, Petreia, permultaque generis eiusdem. TR. Quid hæc essent, explica quæso.

SEN. Ciceria effigies erat garrula, quæ semper cum circumstantibus iocabatur, nuquam effundebat multa, alios laudans, in alios conuicia ingerens. Manducus erat lauato capite humano compositus, maxillas vastâ magnitudine vastisque armatas dentibus habens, qui oris hiaitu, dentiumque strepitu se se in vtramque partem viæ dum flesteret, ridentem turbam uertebat in fugam. Petreia verò mulier erat, quæ pompam praecedens ebriam aniculam imitabatur, quam sic appellatam volunt, quod pedes in petras frequenter allideret, vel à similitudine agri petrosi. TR. Quam gratum fuit priscis illis inter grauiam & ridicula aliqua admiscere, quibus populus oblectaret. SEN. Sequebantur Lydii musici, tibicines, cantores cum variis instrumentorum generibus, pulchris ac versicoloribus vestibus induti: Tum vestales virgines, qui bus comites aderant saltantes aniculae ebrietatem simulantes. Hac sacerdotali pompa Triumphalem pontem, & portam praetergressa, praeebat senatus, qui ad portam Imperatori triumphanti obuiam processerat, praecedebant Tubicines tum spolia ex hostibus capta. Trophæa & præda omnis auri, atque argenti, tum castellorum, urbium fluminum, montium, portuum, marium, & reliquorum omnium simulacra, quæ in ditionem venerant, belluæ versicoloribus vestibus tectæ, tum hostes capti catenis virgati, & duces praefertim antecurrum omnes pulchris vestibus induti. Tum incedebat Imperator, cui licebat partem muri deiicere, quo significabatur non magno opere ciuitati opus esse muro eiusmodi ciues habenti, qui pugnare possint & vincere. Eius verò cursum Tribuni militum, totiusque exercitus laureatus cum cætu & clamore

more sequebantur. Neque solum ducis laudes canebant, sed interdum diuersis conuiciis Triumphatorem solebant insectari, ne secunda fortuna nimium se attolleret. Vnde vulgata sunt illa, quæ milites in Cæsarem triumphantem iactasse scribit Suet. & in Ventidium Plut. AED. O humanas voluptates; ut nullum solidum est gaudium. SEN. Triumphans ad Romanum forum delatus inde ex captiuis alios in carcerem trudi iubebat, alios necari, ut populum in genti formidine liberaret, maiorique lætitia afficeret. Hac pompa in Capitolium via sacra omnibus ornamentorum generibus instructa productus Lauream in Iouis gremio apponebat, aurumque auratis cornibus immolabat; preces eiusmodi fundens. Dii, quorum nutui, & imperio nata, & aucta est res Romana, eadem placati, propitiique seruate, post ad triumphalem coenam accedebat, ubi morem fuisse inuenio, ut Consules à Triumphante ad coenam conuocarent, deinde rogarentur, ut venire superfederent, ne ibi adesset aliquis maioris imperii, & dignitatis, quàm triumphator. AED. Poteratne tanta pompa vno die traduci? SEN. Ut plurimum vno eodemque die agebatur. Sed interdum cum vnus non sufficeret, duo alii ad id solebant, vnde Flaminium triduo triumphasse inuenio; primoque die arma, tela, signaque aërea, & marmorea transfulisse, altero aurum, argentumque factum, insectumque, & signatum; Tertio die coronas aureas, dona ciuitatum, adhuc cxiii. hostias ductas esse, & ante currum multos nobiles captiuos, obsidesque, inter quos Demetrius Philippi Regis filius fuit. Triduo quoque Paulum triumphasse scribit Plut. in quo & Perses ipse Macedonum Rex ductus est. contra Cæsarem Aug. referunt tres triumphos eodem die egisse: sed verius, ut inquit Suet. continuo triduo, ad quos Verg. alludit his verbis.

At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho Moenia.

Julius Caes. quater eodem mense triumphauit. Memoria dignus fuit Liuii triumphus, quem C. Claudius bellicæ gloriæ particeps, equo inuectus sequi maluit, post Asdrubalis copias ad Senam oppidum deletas: nam eius consilio & opera afflictæ Resp. fuerat reparata. Longum esset singulos persequi triumphos, quos egerit Camillus, Papyrii, Q. Fabius, Scipiones, M. Cato, Q. Flaminii, M. Fuluius, Pompeius, Cæsares, cæterique Imperatores, illorumque diuersas pompas, quas Liuius Plut. Apianus, Suet. Iosephus, cæterique historici pluribus prosequuntur. Et quomodo omnium postremus Probus triumpharit. Neque per temporis angustias licet, cum aliud agi oporteat. Arbitror iam satis superque auidorum creditorum cupiditati me satisficisse, nisi forte tanta est, ut nullo pacto expleri possit. TR. Multa, magna que hæc sunt, cum à viro dentur eruditissimo, parua verò atque exigua, si auiditatis nostræ magnitudine spectentur. Gratias igitur agimus maximas, quod tam pulchra, & memoratu digna nobis explicaris. Vnum tamen reliquum est, quod scire ipse cupio. AED. Et fortasse aliud quiddam ipse. SEN. Et aliud ipse quoque. Verebar laudatio vestra quorsum euaderet. Nihil datis, quod non magno cum foenore vobis reddi quasi vestro iure efflagitetis, nunquam ne tam molestos creditores effugere poterò? Quin dicite, quid hoc vnū est? AED. Illud scire expeto, quomodo triumphus Phila. & Philo. exornatus est. TR. Et ipse an ambob. simul, an seorsum vni primò, post alteri. SENATOR. At ipse cogitabam, quomodo id effugere poteram, ne si quid offendantur, hac in re meo id consilio factum esse, dicant: scitis enim si quid peccatur, id non solum rectè facta obscurare, sed etiam cæteris omisis, illud solum notari, & in ore semper haberi. AED. Nullum est huiusmodi excusationi locus; omnes enim sapienter factum esse putabunt, quod ipse cæsueris ea, qua polles sapientia. SEN. Meo quidem iudicio quado id à me petitis cum vterque cõsul eodẽ consensu, paribusque auspiciis & ep. sint tutati, vnū triumphum, eodẽque die instrui uellẽ, ut Vespasiano, & Tito Romani extruxere, vel Liuius, & Claudio; diuerso tamen apparatu, cum terrestrib.

Triumphales arcus.

Triumphales pompa.

Ciceria. Manducus.

Petreia.

Triumphatoris preces.

Liui. 34.

copiis alter, maritimis alter præferit. AED. Placet hoc tuum consilium. Quomodo ergo currus primum instruendos censēs? SEN. Quod ad Philareti currum spectat, in eo Astreae, & Nemesis imagines primum effingi vellem ea forma, qua vulgo pictores solent. Tum Themidis, & cum ea filiarum icones, quas Eünomiam, Dicem, & Irenem appellant. AED. Cur ita? SEN. Vt huius viri religio primum, tum seueritas aduersus scelera, denique legum singularis illa, qua pollet, doctrina indicetur. Huc accedunt Aequitas, Iustitia, & Pax, quae significantur per tres illas Themidis, i. diuinæ legis, ac prouidentiae filias, & quas non im merito Homerus Iouis aulae custodes facit, coeli portarum praesides, ac humanarum actionum spectatrices, rerumque inferarum dominas. AED. Praeclare quidem. His enim virtutibus micat inter omnes Philaretus noster haud secus ac inter ignis luna minores, vt ait poeta. Omnia enim eius consilia semper ad equitatem, ad iustam distributionem, & ad ciuium concordiam præcipuè spectant, quibus rebus non video, quid vitius in ciuitate adesse possit. SEN. Pro Nola, & flagello, quae è curru pendebant antea, appendatur iugum patientiae symbolum, & aureus cingulus moderationis, & temperantiae index, cum secundis in rebus nunquam exculerit, & aduersa sapienter tulerit. Pro seruo coronam iustitiae affert Atlas triumphatoris capiti lauream imponens ad eos labores indicandos, quos in tanta sustinet dignitate administranda. Currum trahent Pegasi ad significandam famam, quam ex praecclare gestis rebus sibi comparauit. Pro ferreo anulo dabitur aureus index eximia illius liberalitatis, qua litterarios ciues benigne profecquitur. Pro tunica palmata, & pro toga picta induetur tunica gemmis intertexta, & toga stellata, cum ob innumeras animi dotes, & ingenii suauitatem, pyropi, & chrysolithis fulgentiores beatorum vitam iam nunc affectus videatur. In bulla erit agni imago, agni scilicet illius, cuius sanguis estulus aduersus æterni hostis inuidiam amuletum est utilissimum. TRIBVNVS. Nihil mea quidem sententia excogiari aptius potuit ad exprimentos Philareti mores, & gesta: ita apte consentiunt omnia. Placent praecipue Pegasi illi celeres curru: suppositi famae indices, & in bulla agnus exculptus: omnia enim huius viri vel in foro, vel in senatu prouisa prudenter, vel acta constanter, vel sapienter responsa; omnia denique domi forisque praecclare gesta nulla vnquam vetustas poterit abolere, nulla maleuolorum inuidia labefactare. Sed age; quando tam belle currum, triumphatorumque ornasti, instrue nobis (si libet) & pompam tanto viro dignam. SEN. Id quidem in animo versabatur: nimis enim arduum videtur inuenire omnia Romanae pompae consentanea, quae res me magnopere sollicitat. Pro Pontificibus tamen substituerem praeficos gentium Deos cum suis insignibus. Itaque primi omnium praecedent Mercurius artium praefes cum caduceo, & Iura, & Minerva cum noctua, & olea. Sequentur Bacchus cum Thyrso, & Ceres cum spicarum fasciculo, Saturnus cum falce, & cum pilo Pilumnus. Fulgebunt inter caeteros Iuppiter cum Aquila, & aesculo, Tum Apollo cum coruo, & lauro, quos iuxta aderunt Mars cum pico versicolore, cum Phoenice Sol, cum Gallo Aesculapius, cum pinu Cybele, Venus cum columbis, & passeribus, & myrto, Pluto cum cupressu, tum Hercules populeam gestans coronam, Vulcanus ignem, venatorios canes ager Diana, fistulam Pan inflabit. Pro flaminibus Dialibus aderunt praecipui legum latores, quorum in numero fuit Zoroaster sapientia clarus qui Baetris, & Indis primus leges praescripsit, Tum vna Trimegistus, qui Aegyptiis, & Minos, qui Cretenfibus, Draco, & Solon, qui Atheniensibus, Lycurgus, qui Lacedaemoniis, Numa, qui Romanis, Phoroneus qui Argiis. Charondas qui Carthaginensibus, Zamolxis, qui Scythis. Cum his conuenient Druidae, qui apud Gallos

habiti

Descriptio
Curus Philareti.

Triumphalis pompa
Philareto
apparatur.

habiti sunt sacri Magi, qui apud Persas; Chaldaei, qui apud Babylonios, Brachmanes, qui apud Indos; Gymnosophistae, qui apud Aethiopsas, Heliopolitani, qui apud Aegyptios, Agripaei, qui apud Scythas, Arimphaei, qui apud Hyperboreos magno honore habiti sunt. Pro Quirinalibus. Incedent Philosophi, & omnium sectarum principes viri. Quamobrem progredientur vna Thales, & Pythagoras, sequantur alter Ionicae, alter Italicae sectae auctores extiteret: sequetur Socrates albicanti coma ob incredibilem sapientiam; tum Zeno Stoicae sectae auctor seuera fronte ob professionis seueritatem: Plato quoque Academiae princeps latis humeris insignis ob corporis, & orationis plantiam. Hinc Aristoteles Peripateticorum antistes cum brachio extra pallium contentionum & disputationum causa: contracta manu Chryssippus ob syllogisticam breuitatem; Expansa manu Euclides ob dimetiendi facultatem; Epicurus voluptatis assertor nitida cute; Heraclitus coniuuentibus oculis, & semulcis ob stertum, humanarumque rerum commiserationem: Democritus apertis labris ob rerum omnium irrisionem; Xenocrates collecto crure ob statarias disputationes: Cleantes digitis attritis ob hauriendam aquam è puteis aborem: Diogenes promissa barba ob Cynicam incuriam. Carmentalium partes explebunt litterarum, ac disciplinarum inuētores. Incedentque primi Cadmus, Palamedes, & Epicharmus cum tabellis in quibus litterae incisae sunt. Tum Corax, & Ctesias Rhetorices productores: Cum poeticis modulis Pierius, cum Arithmeticis Alsyrii, cum Geometricis Theut, cum Musicis Amphion, cum Astronomicis Atlas, Endimion, & Belus: cum Sphaera, & orologio Anaximander: cum pharmaci Aesculapius, cum herbaria Chiron, cum memoriae arte Simonides, & Metrodorus: cum haruspicina Tages. Pro Vulcanilibus erunt mihi caeterarum rerum inuētores, & earum in primis, quae ad bellica munera pertinent. Perstrepet igitur primum Piseus Tyrrhenus cum aenea tuba, post fulgebunt Proetus & Acrisius cum clypeis, Melchias Messenius cum Lorica. Eminebunt inter caeteros Lacedaemonii cum galea, cum gladio, & hasta: Ceres cum ocreis subsequantur, & cristis, tum Scythes cum arcu, & sagittis, cum lanceis Aethioli, cum securi Pethesilea, cum scorpione Cretas, Syri cum catapultis, Phoenices cum balista, & funda, Artemon testudine tegetur; Epeus cum ariete muris minabitur, gyros dabant Pelethronii cum fraenis, & stratis equorum. Hos sequentur Triptolemus aratri insigne gerens; Dioximus lutei aedificii architectus, Cyclopes cum turribus, Aristaeus cum mellis fauo, & aluari, Daedalus cum ascia, & perpendicularo, cum ferra, & terebra. Theodoros Samius cum norma, & cum libella, cum scalpellis Dipilus, cum penicillis & coloribus Gyges Lydius, Epimetheus cum plastice, Phidias cum mensuris & ponderibus, Ctesibius cum machinis hydraulicis, Cyniras cum torcipe, & maculo, cum veste, & incude, Aeolus cum ventorum descriptione, Anagallis cum pila, Lydi cum tessera, Attalus cum aleis. Denique pro Saliis substituerent Faunos, Syluanos, Satyros, Heroas, caeterosque Semideos. Pro thenis currus cum illorum Diuorum simulacris, qui in sacris enodandis fuere praecipui. Pro Palladio diuinae sapientiae imaginem, cuius virtute reguntur cuncta: per victimis mechanicas artes cum suis instrumentis. Pro cantoribus & musicis aderunt Orpheus, Linus, Amphion, Iopas, Thamyras, Hismenias, caeterique; Citharædi, ribicines, & Aulædi, quorum meminere poetae; Pro ridiculis Sileni. Pro manduco Polyphemus, pro Ciceria Momus, pro Petreia Thestetes. Vestalium partes explebunt Musae, Nymphæ, liberales artes, Charites, Hesperidesque cum aureis pomis. Atque inter Nymphas pro Oreades, Dryades, & Amadryades aderunt Amalthea cum copiae cornu Aegæ, & Helice Iouis nutrices, Tum Calisto Dianae comes, tum Europa atque Asia, & Libya, quae praecipuis orbis terrarum partibus nomina dedere. Aderit Aegeria Numæ, congressu nobilis, Phylira cum Tistia ramis à Chirone dilecta, Daphne lauream gestans, Lotus in plantam sui nominis conueria.

Philosophorum
habitus

Inuētores
multarum
rerum.

ACADEMICA

Adhuc Eunica, Malis, Nychia, quae Hylam rapuerunt Echenais Daphnidis amore nota. Denique praeter ceteras Echidna dimidia sui parte puella speciosa, altera serpens. Animalium muneribus fungentur Cicones, Manades, Bacchae, & Praeti filiae. Ferarum loco excurrent Centauri, Cyclopes, Titanes, Gorgones, Harpyiae, caeteraque monstra, quae poetica facultas peperit ad animi vitia exprimenda, quae frangere, ac domare oportet, quicumque triumphum affectat. Tubicines erunt Misenus, Thaltibius, Stentor, Agyrtes. Pegmata ornabunt direptatum urbium simulacra, quae otio nobiles extitere. Inter quas praecipuae erunt Sybaris, & Corinthus. Ante curram catenis vinciti praecedent Rhathymeus, & Gastrophilus. Pro Senatu occurret virtutum chorus. In vexillis effingentur icones Athenarum, Neapolis, Massiliae, Lutetiae, Bononiae, Paduae, Salefni, caeterarumque urbium, in quibus quondam optimarum artium studia floruerunt; tum montium ut Heliconis, & Parnasi, quae fere antea musarum domicilia. Pro tauro mactabitur animi ferocitas, quae oblatio Deo in primis grata existit. Coena sit concio sacra, qua melius aluntur animi, quam suauibus bellariis corpora. Preces, gratiarum actio, qua clare indicetur Deum esse bonorum omnium largitorem munificentissimum, eique soli ob maxima, innumeraque in homines collata beneficia gratias esse agendas. AEDI. Apertum, prudenterque haec ita a te arbitror substituta esse: scite tamen magnopere expecto, cur ita statueris. SEN. Longum esset haec persequi; sed fortasse dabitur alia explicandi occasio; nam ad militum ordinem properare oportet. TRIB. Ita; nam hoc quoque ad pompam pertinet. Dic igitur quo ordine eos progredi ceuses. SEN. Primum omnium praecedent Grammatici Litterariae Reip. Rorarii. Tum Rhetorici Velites, & cum his Historici Ferentarii, Tum Dialectici Funditores, ac Iaculatores. Sequentur Poetae Alarii, Arithmetici Antesignani, Geometrae Metatores, Astrologi Praefecti, Geographi Legionarii, Medici Auxiliares. Hos iuxta Philosophi Hastati, tum Iureconsulti Principes, denique Theologi Triarii, omnes cum suis insignibus, & vexillis. Inter omnes Musici Cornicinum, & Tibicinum partes explebunt. Calorum loco aderunt artifices omnes, qui suis artibus & opera litterarios milites adiuuant. Ut Typographi, & Bibliopola, & Librarii, tum serui Anagnostae, Tabellarii, Epistolares, Logographi, Logistae Symbolographi, Boethi, Exceptores, Notarii, Prochari, Scribae, Actuarii. Pro sarcinis, & impedimentis afferentur omnia, quae Alexandria, Vaticana, Pergamena, & in vniuersum Hebraica, Chaldaea, Graeca, & Latina Bibliothecis continetur. Adduci quoque oportet cum his sacras siue horarias litteras, et laureatas, adhuc codicillos, Diplomata, Epistallina siue Epistalmata, Breuia, Rescripta, & Elogia, Commentarios, & quae in publicis tabulariis asseruantur. Denique omnigenas tabellas tam sigillares, quam pugillares, tam eboraeas, quam citreas, tam duplices, quam triplices, & quintuplices, tam proscriptionis, quam aeriarii, tam censuales, quam consulares, tam accepti, quam expensi, tam auctionarias quam iudiciales. Inter quas fulgebunt praecipue XII. illae tabulae, quibus praescae leges incisae erant: tum omnium populorum iura, instituta, ac prudentum responsa. Subsequuntur Fasti, Annales, Ephemerides siue diaria. Tum Enchiridia & Syngraphae, Opisthographi Palimpsesti. Nec deerunt res omnigenae in quibus praescae scribere solebant, ut arborum libri, folia, papyri, ossa, plumbeae laminae, caeteraque tabellae, membranae, denique & Bombycinae chartae, nec minus calami, styli, pennaecque, quibus exarantur litterae. AEDI. Admirabili ordine haec a te descripta sunt: sed nunc tandem opus est arcum delineare. SENATOR. Quando me Architectum nouisti, qui haec sciam? AEDI. Noui te Architectum & praestantissimum, cum in mathematicis disciplinis familiaris ducas. Et cum rerum omnium notitia calleas, quae architecturae magistro cognita esse debet scribit Vitruuius. SEN. Vtinam haec ita calleret, ut inquis, sed ipse, qui meo

quae meo me pede metior, id scio, me aut pauca, aut nihil scire. Imperitus igitur architectus (quando ita iubes) arcum ponam, ut potero. AED. Eum si, quae tua sapientia est, nobis erexeris, scio nihil eo, magnificentius, nihil Philareto dignius effingi posse. SEN. Appingam rerum imagines ex animi mei sententia; sed orthographicam figuram ex forma arcus Constantino magno dicari a populo Romano imitator, quam periti pictoris manu expressam domi habeo. AEDIL: Memini me arcum hunc Romae vidisse prope amphitheatrum Titi cum tribus fornicibus, medio maiori, duobus vero minoribus ad latera, pulcherrima forma extructum statuis, & imaginibus rerum gestarum ornatissimum, conuenit Philareto sacri senatus praefidi sapientissimo, ac literariae Reip. studiosissimo, Christianaeque pietatis obseruantissimo aequae ac Constantinus ille Magnus. Sed quas res in Stylobatis primum exculpes? SENATOR. Simulacra quatuor virtutum, quas Cardinales appellant, cum illis insignibus, quae vulgo pictores ipsis addere solent. TRIB. Recte, nam Philareti moribus haec in primis conueniunt. SEN. Scitis postea supra duos fornicibus minores utrinque binos circulos eminere, in quibus efficta sunt illius principis vota quaedam x. & xx. Ipse vero effingerem in circulis dextri lateris virtutis, & veritatis, quae illius mater est, simulacra cubo innixa, quibus rebus Philaretus plurima, & maxima ornamenta in urbe est consecutus, & ut sub veritate calumniam, ita sub virtute inuidiam locarem. AEDIL. Cur hoc? SEN. Quod nulla vnquam calumnia apud eiusmodi virum veritati praeposita est, in triplici illo senatorio ordine, cui praesidet xl. annos & amplius. Tum quod quaecumque inuidia in eum aliquando molita est, virtus reparauit. In sinistri lateris circulis effingi poterit Apollo cum Musis ad Philareti ipsius, & eius liberorum singularem eruditionem indicandam, & admirabilem in litterarios ciues benevolentiam: tum Hermathena, id est Mercurii, & Palladis imagines simul iunctae super cubo insidentes, ut liberales artes, & sapientiam in Philareti adibus domicilium habere indicetur. In aduersis testudinum angulis effingentur bouum capita cum tenuis pendentibus, & corymbis, ut eum fructus ex virtute percepisse, & ex laboribus ostendatur. Ad bases effingentur canes; Ad epistylia galli, ad eius fidem in Rempublicam, & vigilantiam in gerendis negotiis exprimentam. AEDIL. Optime consentiunt omnia. Sed quid in supremo ordine effingendum censet? Nam in illo Constantini videntur (ni fallor) expeditiones quaedam, & adlocutiones expressae. SEN. A dextro latere apponerem Bellerophonem expugnatorem chimerae in vna quadrata figura; in altera Perseum cum Palladis scuto, & cum Gorgonis capite, ut indicetur acerrimum fuisse scelerum vindicatorem, malorumque profligatorum, bonorum vero fautorem; in altero sinistri lateris quadrato apponerem quercum, quam venti eruere certant, quod nullo fortunae aduerso flatu commoueri vnquam potuit; in altero palmam, & oleam, victoriae, pacisque indices, quae res in eius sapientia sitae sunt. Adderem in fastigio, Fidei, Spei, & Charitatis imagines, quae in ipsius pectore ardentissime micant. AED.

Triumphalis arcus Philareto erigetur.

Ita optime, aptissimeque totus arcus duplici virtutum serie concludetur. Sed quanam eius erit inscriptio. Nam hac in re quae sit ingenii tui praestantia, licet videre. SENATOR. Hanc meo iudicio nunc pro tempore praefigerem.



PHILARETO COS. OPTIMO ET LITERARIAE REIP.

CONSERVATORI FORTISS. PATRI P. QVOD AD

VERSUS. IDONAEVM REMP. CONSILIO SAPI-

ENTIA ET AEQVITATE ADMINIS-

TRAVIT S.P. Q. LARCVM TRIVM-

PHIS INSIQNEM

EREXIT.

AEDILIS, Perplacent haec de Philareti Cos. triumpho. Quid tu ais Tribune? **TRIB.** Mihi quidem omnia apposite videntur excogitata, & si Philareti admirabili sapientiae multo maiora debentur. Sed iam res postulat Antoni, vt extremum nobis pensum absoluas. **SENATOR.** Testis est mihi Deus, quam molestum sit, talem, tantamque pecuniam foenori accepisse. Iccirco opus est, vt quam minimo possum me redimam. Dic ergo quid me amplius soluere oportet. **TRIB.** Oblitus es fortasse apparari oportere & Philotimo suam pompam. Sterne igitur ei primum currum, vt Philareto aptasti pauloante. **SENATOR.** Ab equis ad asinos, Dii boni, in qua ergastula coniectus sum. Rursus me aurigam facitis. Arbitror vigere apud vos legem illam nexus, qua creditoribus licebat, debitores, qui soluendo non erant, ferreis et tenis vincos domum trahere, & in varia, grauiaque opera protrudere. **AEDILIS.** Tribunus hic est, legem potest arbitrato suo figere, ac refingere. Parere igitur oportet; paululum id superest. Quamobrem si triumphalem hunc alterum currum apte instruxeris, prudentis aurigae tibi nomen comparasse non pigebit. **SENATOR.** Duram video me cepisse prouinciam: at annuentibus superis hanc quoque pacatam reddam pro viribus. Philotimi currum Honoris, & Magnanimitatis imaginibus primum ornarem, quarum rerum fuit ille vir semper studiosissimus. Tum Mineruae scutum cum galea, ad illius principis sapientiam, consiliaque indicanda, quibus Remp. & ausit, & conseruauit: Adderem & Fabii Max. emblemata illud equi, & galli, vt eius vigilantia, ac virtute plurima confecta esse bella demonstraretur. Pro Nola, & pro flagello apponerem Amaltheae cornu & oleae ramum diuitiarum, & pacis indices, quas per eius fortitudinem in urbem inuectas esse scimus omnes. Currum trahent Elephanti immortalitatis, imbo autem aureis phaleris, in quibus argentei delphini intexti sint ad maritimas expeditiones significandas, quibus sibi immortalitatem comparauit. Ante currum effingeretur insigne illud ei tam gratum, vbi est alati bubali imago ad corporis, & animi (vt puto) vires exprimendas, quibus bella administrantur, & quae in eo coniunctae longe emicant: quod Admetum imaginibus illis leonis, & apri explicare voluisse scribunt. In Toga effingeretur caduceus, & noctua, vt quisque sciat in eo viro sapientiam cum prudentia coniunctam esse. In tunica palmata fulgebunt solis, & lunae simulacra, cum eius gesta sole, & luna clarius fulgeant. Pro ferreo anulo dare aureum gemis distinctum, in quibus planetarum icones expicta sint ob labores illos, & itinera, quae terra, marique sustinuit. In bulla praestabit effingere Pentalpham, illud scilicet salutis signum, quod Antiocho visum est in somnis; cum ipse maxima fuerit Reip. salus, ac tutela. Pro seruo aderit Prometheus prouidentiae index, cuius causa laudis coronam est consecutus. Eodem curru vehetur Ferdinandus nepos ei ob innumeras animi dotes, & ingenii suauitates praecipue carus. Patre comitabuntur equis insidentes **CICCVS**, & **CAROLVS** filij praestant-

Triumphalis currus Philotimi partes continens describitur.

praestantissimi permultis, & magnis rebus gestis apprime nobiles. **TRIB.** Ornatu aptissimo omnia mihi expressisse videris: ex his enim, quae modo attigisti, nihil est, quod non perbelle conueniat viro illi, quo nihil illustrius, nihil sapientius nostra habet Reip. sed age ediffere quibus rebus pompam instruendam censeres. **SENATOR.** Maritimam apparare ei oportet, cum maritimis rebus praefuerit. Vnde Pontificum loco nobis erunt maris Dei cum suis insignibus. Procedet primum Oceanus rerum pater cum Balacnis taurino vultu insignis, tum grandaeuus Nereus cum orca facta canens. Veniet Protheus variis indutus formas cum suis phocis, & vitulis; Tum Phorcus terrae filius variis herbis insperis humeris cum acipensere & Rhombo; Post Saron nauticae praeses cum temone & nauilo; Hos sequetur piscator Glaucus cum retibus, & rana piscatrice, tum Palaemon portus custos cum ancora, & remora, & Aegaeon immanibus lacertis cum gladio, & vrfo, qui omnes caeruleo effingentur aspectu, algis tecti, caudisque ad lumbos reflexis, comarumque cincinnis in humeros defluentibus dentis, arcuatique superciliis; Dialium partes explebunt principes viri, atque Heroes maximis clallibus quas instruxere, inclyti. Erunt inter hos praecipui Darius, Xerxes, Ptolomeus, Antonius, Caesar. Tum Erythra Rex cum sua rate, Atlas, & Danaus cum nauibus, Noe cum arca illa ccc. cubitorum. Iason cum veloci Argo & Argonautis, Sesostris Aegypti rex cum longa naui intus argentea foris aurea, Ptolomeus Philopator cum admirabili sua Talamego, Hiero cum machina illa triplici contignatione constructa cum coenationibus, cum gymnasio, & hortis, cum turribus, cumbalmeis, & stabulis, post Demetrius cum duobus illis nauigiis, quae machinis, ac tormentis ad expugnandas vrbes magnifice instructa fuere. Aderit & Cleopatra cum ornatissima naue, cuius aspectus Antonium caeteroque apprime delectauit. Tum Caius cum naue illa quadrigentis acta remigibus, quam Echeneis remorata esse dicitur. Augustus cum illa, qua obeliscum ex Aegypto Romam inuexit. Ceterique principes suis & maximis nauigiis insignes. Quinque narium loco aderunt ij, quibus nauigandi ars primum ascripta est, quorum in numero sunt Samothrace, Phoenices, Tyrii, Aegyptii, Myrmidones, Corinthii, Mysii, Troiani, caeterique nauigandi peritissimi, & quibus primae nauigationes attribue sunt. Tum Britanni cum suis vitilibus ex corio confutis. Liburnici cum ferillis ex lino, & sparto confertis, Aegyptii cum scaphis testaceis, & cum mattheis iunceis, & sparteis, & papyraceis, Indi noui orbis cum nauigiis & ex palmarum foliis confutis, & cum rotundis velis etiam ex palmis innexis; Babylonii cum orbicularis nauigiis salignis, & corio tectis, orientales Indi cum scaphis ex arundinum internodiis; Chelonophagi cum nauigiis ex singulis testudinum corticibus confectis, quarum in Erythraeo mari admirabilis est magnitudo. Galli cum lintribus ex arborum truncis excavatis, quae monoxyla appellantur. Pro Vulcanalibus aderunt maritimorum nauigiorum inuectores; inuehetur Hippia Tyrius oneraria, Cyrenenses Lembo, Rhodii celoce, Corcyrei cercuro, Illyrici scapha, Phoenices cymba, Thasi nauibus longis tectis, Erythraei bireme, Amocle trireme, Vesporsus quadrireme, Nefichthon quinquereme: tum reliqui caeterorum ordinum inuectores. Pro Carmentalibus cedent eorum instrumentorum repertores, quibus nauigia reguntur. Sic progredietur Icarus cum velo, Daedalus cum malo, & antenna, Piseus cum rostro, Tyrihenus cum ancora, Anacharsis cum harpagone, cum gubernaculo Tiphys, cum remis Copae. Pro salus mare excurrent Delphini: Hanc pompam ornabunt nauigia apud aliquas nationes memoria digna. Afferetur igitur Baris illa, quam Sacerdotes quotannis Iphi dicabant, cum Vacca figura, tum nauis illa, quam Aegyptiorum Theologi soli consecrabant: et quae Crocodilo ferebatur ad indicandum solis motum in humido. Atheniensium nauis Thefeo dicata, quam quotannis in Delum mittebant

Triumphalis pompa Philotimo apparatur.

bant, unde Delia appellabatur. Adhuc Paralos illa, quam in Panathenais in pompa quorannis per urbem ferebant. Et Salamina ad illos vehendos instructa, qui in iudicium vocabantur. Tum Theoris sacra Lemniorum cum igne ex Delo allato, quorum urbs singulis annis expiatur. Et Romanorum navis in Saturni honorem, quae in latium vectus esse dicebatur, cuius etiam iconem in nummis habuere. Fulgebit praeter caeteras cymba illa gemmis testa in Ammonis templo collocata, & in qua Iouis Ammonis simulacrum ex smaragdīs, & aliis gemmis confectum vehetur; Neque deerit in pompa stygia illa Charontis cymba, qua vmbas vectari poetae fixere. Victimae nobis erunt fidiculae, triglae, phalares, fufanci, boea diuersis Diis dicatae. In thenis erunt Castoris & Pollucis simulacra, quae comitabuntur Pleiades, Hyades, Orion, Hoedi, Arturus, caeteraque sidera nautis seruanda, & cauenda. Pro Palladio attolletur Cynosura, quam nauatae in nauigando accurate prospectant. Cantorum munere fungentur Sirenes, Arion, Halcyones, Cygni nauigantibus salutates. Manducus hic erit Typhon. Ciceria Boreas. Petreia Helena nauigantium calamitas. Pro vestalibus progredientur Nymphae omnes tam Nereides quae mare, quam Linnades, quae stagna, & lacus incolunt, tam Potamides, quae fluminibus, quam Natades, quae fontibus, & Ephydrides, quae caeteris aquis praesident; Sic non deerunt Oceaniae, Tiberiades, Pactolides, Seriades, Naucelides, Anigrades, Ismenides, Acheloides, quae sua tenent flumina. Has comitabuntur & aliae apud poetas non incelebres; Amphitrite Neptuni vxor, Theris Achilles mater, Leucothoe nauium seruatrix, Aegle Naiadum pulcherrima, candida Cymochoe, Argyra Selemno amatore nobilis, Cyane in fontem sui nominis mutata, Arethusa ab Alpheo adamata, Iuturna stagnorum praeses; Salmacis impudicitiae uitio infamis; Mergellina Sannazarii carmine nobilis. Denique Cyrene cum illis nymphis omnibus, quarum Homerus, Hesiodus, & Vergilius meminere, & Glauci, Phorcique chorus. Ebrias vetulas imitabitur Scylla latrantibus, succincta monstribus, & Charybdis, syrtesque aestuosae. Pro tubicinibus conchas inflantur biformes Tritones. Pro senatu occurret Neptunus cum caeteris maris dominis, tum fluiuiorum numina, sic occurret Nilus, cuius currum trahent crocodilus, & Hippopotamus; Alpheus Arethusam velato capite insequens, Eufrates cum cornu cornu, Achelous cornu manu gestans, zanclicus; peculiaris herbe coronam, vocali apro comite. Ausidus cum spicea corona, & cum sanguinea veste ob Romanae cladis memoriam, Minax Sperchius cum populea, Inacus furiis percitus, cyraque insignis herba. Illus oleastris gerens ramum, qui callistephanos appellatur, Moestus atrox; amictu tectus. Eurotas myrtum interdum spectans manuque traheyditum lapidem ostentans ad tubae sonitum exilientem Caystrus, & Maendrus cum Cycnis, Strymon cum gruibus. Tum Alopus claudus fulmine semiuustus, iunco velatus seruo, Crathis fraus capillis ornatus, Danubius latis humeris, Caruleus liris, tum Padus populeam gestans corollam. Mincius arundineam, Peneus argenteo velo nymphaeisque tectus, Sebethus Parthenopen complectens; Denique Hebrus, Pactolus, Targus, & Ganges auratis amictibus, decori. Ex Trophaeis pendebunt Pyratum, Harpyiarumque spolia, in Pegmatibus erunt Euri, Zephyrique, caeterorumque ventorum imagines; effigie quoque gestabuntur belluarum maritimarum omnium icones, tum piscium, neque solam, qui mari clauduntur, sed etiam qui in fluminibus, & lacubus, & paludibus vitam degunt. Ad hos accedent mollium, testaceorum, & crustaceorum genera omnia, tum concharum, quarum plurimae sunt species. Addentur Crocodili, testudines, fibri, & lutrae, caeteraque amphibia, quae & in terra, & in aqua victimam sibi parant. Denique Zoophyta petris affixa, effingentur & pinnae, cum suis vniuersis, tum praetioforum lapillorum formae, omnes, quibus orientalis plaga abundat, neque deerunt

deerunt & coralli. permultaque quibus mare refertum est. Effingentur mare Thyrrhenum, Ionium, Creticum, Aegaeum, Myrtoum, Icarium, Carpathium, Caspium, siue Hyrcanum, Propontis, Caeteraque maria poetis, & geographis nota. Tum Euripi, & Isthmi, tam Corinthiacus, quam Aegyptius, Freta tam Herculeum quam Siculum. His accedet Hellepontus & Bosphorus, Promontoria, & inter caetera, Acroceraunia ex naufragiis & fulminibus cognita; Adhuc insulae, inter quas Taprobana, & Britannia primas obtinent, & peninsulae, inter quas haud ignobiles sunt Aurea Chersonesus, & Peloponnesus. Nec praetermittenda Inaime Typhoeum comprimens, & Trinacriae Aetnae Enclado grauis. Describentur celebriores classes, & praeterea: Gracorum, Romanorum, & Carthaginensium. Ornabunt quoque pegmata captarum urbium imagines, inter quas praecipuae sunt Argia, Rathymea, Galtrimargia, Oligoria, Afotia, Lemargia, caeteraque, quas Philotimus strenue vel cepit, vel deuastrauit. Capti hostes archipyratae catenis vincti currum praecedent, interque eos praecipui Agoneus, & Anander, haud secus huius facta decorabunt, ac Syphax Scipionis, Iugurta Marii, & Perseus Pauli triumphos ornarunt. Victima erit animi promptitudo Deo dicata: struetur coena ex piscibus, qui pinnas habent, abiectis mollibus, caeterisque lutoso loca incolentibus. Praes eadem, quae & Philareti. TRIB. Mille talenta non satis erunt ad haec omnia apparanda. SENATOR. Maximo viro, praestantibus gestis inclyto: admirabilique animi magnitudine praedito maxima debentur: Neque tantus sumptus Rempublicae deterrebit, in cuius erarium maiores Thesaurus ipse inuexit, quam quondam Posthumius, aut Paulus in Romanam urbem. TRIB. Sed qui milites eius currum sequentur. SEN. Omnes classarii, qui maritimas incolunt oras, & insulas. Primumque omnium pro Rorariis aderunt quicumque Aelias, Strophadas, Echinades, Symplegades, Cycladas, Alocias, Scandias, Orchadas tenent, caeteraque minutas insulas. Pro velitibus Ligustici, quique Gorgonem, Aetnam, Capriam, Iliamque colunt. Pro Ferentariis Ithacenses, & Seriphii, Pro Funditoribus Baleares, & Pythienses, pro Iaculatoribus Cretenses, pro Antesignanis Lesbii, Mytilenae, Lemnii, pro Cataphractis Stecadii, & qui ad Narbonensis Galliae littora accedunt: Metatores erunt pharii, Dindymei, Phocufii, quique Aegyptias habent oras: Centuriones erunt Melitenses, & Rhodii, Tribuni Euboeici, Siculi, Alarii qui Cyrum habitant, & Cyrum: Aquiliferi qui Icariam, Chium, Samum; Contubernales erunt Phaeacenses, Zazynthii: Auxiliarii Gaditani, & qui Catride rides incolunt: Manipularii, qui Curitam, Itham, Phariam. Diomedaeas insulas, caeteraque in Adriano iacentes. Hastatorum munera gerent Hydruntini, Metapontini, Rhegini. Principum partes explebunt Veneti, Ligures, & ii, qui Cimbrica Chersonesum tenent: Tauricam, & Peloponnesum. Pro Triariis erunt Hiberni, Britanni, quique vltimam Thulem habent, & Taprobanam, omnes cum patriarum, & regionum suarum insignibus, & vexillis. Pro cornicibus, tubicinibus, cornua; tubasque inflant qui Sirenas, Capream, Pytheculam, Prochyta, hisque proximas tuentur. Calones erunt Sardi venales, Lothophagi, & quicumque Africae incolunt littora, tum qui Alopeciam penes Ostia Tanais, & qui Praecomnensium, & Samothracem in Propontide. TRIB. Miror quomodo tot insularum militum nomina teneas. Etenim eiusmodi in re & Mitridatis, & C. Marii memoriam te facile superare crediderim. Vtinam sic facile sit nostris ducibus hos recensere, ut tibi tot enumerasse. AEDILIS. Sed age ne frustra teratur tempus, erige arcum huic quoque. SEN. Chamaeleon non in tot mutatur colores; neque in tot se formas vertebat Proteus, quot me induere oportet; ita me nunc aurigam nunc ducem, nunc Architectum agere cogitis: Meliolum est, ut & cocum agam, quando & triumphalem coenam de more apparare oportet. TRIB. Cum rerum omnium structor sis praestantissimus

praestantissimus, huic quoque rei arbitror Consullem esse te praepositurum, ut tuo iudicio extrui optimè possit, quando nihil terra, marique continetur, triumphali coena dignum, quin tu illud optimè calleas. Sed modo erige nobis arcum, quo Philotini mores, & gesta optimè exornare possimus. Nam postea coenae suus quoque dabitur locus, ut recto ordine possit, apparari. SENATOR. Extruamus arcum, qui minetur in coelum: ut inam ponere liceat tanti viri amplitudine dignum. Scitis ne arcum illum marmoreum, ac magnificum Traiano dicatum, qui adhuc integer Beneventi eminet, & quem Portam auream vulgo appellant? TRIB. Quid ni? Nunquā Beneventum adeo, quin illuc, ubi extructus est, libentissime accurrant; & quin opus illud, magnificum accurate contempler, tanta eminet, & pulchritudine & dignitate. AED. Ipsi quoque hunc soleo libentissime inspicere, plurimumque capior non solum forma, quae excellentis artificis manu exsculpta videtur, sed etiam mirum in modum me delectant consulares, & senatorii, tum etiam militares illi habitus, praeter Traiani gesta, quibus circumcirca refertus est. Sed hic vnum habet fornicem. SENATOR. Hæc res maiorem principis dignitatem testatur: ita enim significatur, eum adeo eminere, ut nemo cum ipso comparari posse videatur. Igitur in dextri stylobatæ intervallo effingerem templum virtuti & honori dicatum à Marcello, ut quisque intelligat, per virtutem ad honorem aditum patere. In sinistro Iani templum clausum ubi furoris, & terroris simulacra aereis vincæ catenis sedeant, ut indicetur Philotini virtute hostiles furores iam repressos esse; neque aliquid inimicos moliri amplius posse, quod terrori nobis esse possit. Eminent postea ex utroque latere supra stylobatam bina spatia quatuor angulis constantia, in quorum vno à dextera & inferiori effingendas censeo Pacis, & Securitatis imagines, quas illius Principis consilio & viribus vrbipatta scimus: in altero & superiori eiusdem lateris victoriæ simulacrum super trophæa, quam ipse de hostibus in patriam reportavit. In sinistro verò lateris inferiori spatio effingendos censeo Cygnos ad leniter spirantem Zephyrum suaviter canentes, quod eius benignitate, auraque aspirante poetæ suavissimè cecinerunt. In superiori appingerem Zethem & Calaim Boreæ filios harpyias detrudentes in Strophadas, ut pyratas nostra maria, atque oras infestantes per eum fugato, esse omnes intelligant. Supra fornicem in medio eminebit Herculis simulacrum hydram igne extinguentis, quod ipse sit invidia maior, quae nullo vnquam tempore ei obesse poterit: Extabunt in angulis leonina capita vigilantiae, & magnanimitatis indicandae gratia, quibus virtutibus opes, & benevolentiam civium affectus est. TRIB. Apertissime hæc quidem Philotini dignitati conveniunt; Sed quæ per eum gesta sunt, cum adhuc iuuenis sub CAROLIV. IMP. Max. auspiciis militaret, ubi disponenda censes? Nulla enim regio est, ad quam eius arma non penetrarint. Huius Ducis virtutē cognoverunt Gallia, & Togata, & Comata, & Bracchata: eiusdem consilia, & vires experta est Germania, & Hispania, Tum Africa, denique Asia. Neque cuiquam dubium est, quàm eius effulserit virtus in bello Senensi et in caeteris ad Ostiam, et ad Aeternum per ipsum gestis. SEN. Verà loqueris, Hæc in superiorem ordinem, ut maxima illius viri monumenta revicerem. Ibi enim praeclare exculpi poterit, quàm fortiter praefuerit bello Germanico aduersus Turcas & ut Praefectus equitatu duxerit bello Gallico, et ut victor discessit pugna commissa ad Cherium cum firmo Gallorum equitatu, ut etiam Praefectus multos Maurotum ceciderit, et quomodo cum Iapygiae praesesset, eam ab incursionibus Barbarosii archipyratae tutam servavit. Denique quomodo eius consiliis, & ope Galli in Samnites irrupentes procul pulsifugatique fuerint & ut altis montibus Aeternum munierit. Postremo quomodo IOANNIS AVSTRIACOMES tanquam Nestor armatus aduersus immanissimos hostes fortissimè steterit.

Sed

Traiano arcus dicatus,

Triumphalis arcus in Ferdinandi Lothfredæ honorem.

Sed his praetermissis vellem in arcus fastigio salutis, libertatis, & concordiae simulacra effingeretur Paris marmoribus. TRIBVNVS. Utinam adesset Praxiteles, aut Lyfippus, vel Scopas aliquis, qui haec nobis accurate exculperet; AED. Adest Michael Angelus Bonarota artifex praestantissimus, qui vnus ducit de marmore vultus.

Et si quid coloribus effingi opus erit, utemur quoque opera Ioan. Bernardi Lamae aetatis nostrae pictorum principis. TRIB. Ita quidem. Eius enim ingenium eiusmodi rebus apparandis non paruo erit adiumento. Nemo enim est, qui hodie aptius eo viuos vultus delineare sciat; Neque si quid noui excogitare oporteat, ipso quispiam melius, aptiusque inueniet; is enim omnium rerum formas tā belle exprimit, ut in iis aliquid deesse ne Momus ipse poterit inuenire. Sed vnum quiddam reliquum est. SENATOR. Ohe claudite iam riuos pueri, sat prata bibeant. TRIB. Quid, arcum relinquemus acephalum? SEN. Dii auertant, quid hoc omnis est; TRIB. Adde igitur inscriptionem; Sic erit omnibus numeris absolutus. SEN. Difficile admodum est tot, tantaque clarissimi viri gesta breui oratione concludere. Nunc verò pro tempore haec inscalperem.

Ioā. Bernardus Lama.

PHILOTIMO COS. CLARISS. FORTISSIMO Q. P. P. OB MA-
RE PACATVM REMP. OPTIME ADMINISTRATAM
IMPERIVMQ. POPVLI LITTERARII PROPAGA-
TVM S. P. Q. L. TRIVMPHALEM
ARCVM POSVIT.

TRIB. Aureis hæc insculpi litteris oportet; sed postquam satis superque, quid agendum esset, consulimus, mature hæc aggredi necesse est. AED. Properemus ergo, ministrosque vocemus, artificesque omnes, qui vtrique Consuli ornaticissimam extruant pompam; Tibi verò Antoni eruditissime gratias agimus maximas, quod tam sapienter, tā apte fieri quid oporteat, monstrasti, maiores acturi, si agendis rebus intetueris. SEN. Meam operam qualis qualis ea sit, vobis libentissime polliceor, eoque libentius eam impendam, cū Philareti, ac Philotini clarissimorum virorum dignitas agatur, quorum virtutibus omnes omnia debemus. Quidquid igitur consilio aut re potero, adiutabo. Eamus ergo, ne quod vestrum remorer commodum.



FINIS.

DECIO OLYMPIO IVRECONSVL-

TO ERVDITISS. IO. BAP. RINALDVS S. D.



VM EX IO. ANDREAE CVRTII S. R. Senatus Praesidis amplissimi mandatis, quae à nostris Academicis superioribus annis publicè acta essent, colligerem, eiusdemque auspiciis typographo excudenda traderem, occurrit exercitatio illa castrensis, quam Tiberius pater tuus domi suae decenti ac munifico exhibuit apparatus. Ea continet at Marcellum Syracusarum expugnatorem milites in castris exercentem, & in suo praetorio serius de rebus agentem. Id ea de ratione nos egisse non ignoras, quod Acacemici nostri cum aduersus orium, ac voluptatem Litterarum Reip. aeternos hostes sine nue militarent, ac Romanorum more, à Romana militia sibi nomina ascuerant. Scis quoque eodem tempore duas lectiones de Graecorum & Romanorum ludis à Vincentio Sammarco, & à Mutio Angrisano fuisse recitatas, ut certamina, quae verè agi non poterant, verbis saltem explicata essent. Haec cum Tiberius & benignè, & munifice excepisset, ea iure suo sibi vendicabat, eique ea dicare in animo habebam: sed cum ipse in aeternis beatorum sedibus (ut pie credimus) immoretur, cum pie vixerit, semper dum vixit, aliisque fruatur & maioribus voluptatibus, nomini tuo, cum videam te paterna vitae integritate, moreisque referre, dicare voluit, existimans haud secus esse te eadem hilari animo accepturum, ac pater viuens liberalissime traiecit: neque minorem laudem tibi ex laurea comparaturum, ac is in clientum patrocinii, quos integre, & accuratè defendit, sibi apud omnes comparauit. Vale.

CASTRENSIS EXERCITATIONIS PERSONAE.

PRAECVRSOR	LAELIVS OLYMPIVS.
PRAEFECTVS CAST.	DIOMEDES BVCCAPLANVLVS
TRIBVNVS MILITVM.	HIERONIMVS QVADRA
CENTVRIO PRIMIP.	HORATIVS OLYMPIVS.
MILES HISPANVS.	ANTONIVS QVADRA.
CONSVL.	ALPHONSVS ROTA.
ACCENSVS.	VINCENTIVS FILOMARINVS.
LEGATVS Siculae legionis.	PAVLVS CVRTIVS.
EXPLORATOR.	IOAN BAP. LEPOREVS.
PRAEFECTVS Classis Rom.	CAROLVS BRANCACIVS.
DAMASIPPVS Legatus.	MARCELLVS CVRTIVS.
TRANSVGA.	OCTAVIVS LANFRANCVS.
EXCVBITOR,	FERDINANDVS STROZZA.

IOAN. BAP. RINALDI.

EXERCITATIO CASTRENSIS ACTA IN AEDIBVS TY-

BERII OLYMPII PATRONI OPT. ATQ. ERVDITISS.

IN CHRISTI NATALITIIS DIEB.

PRAECVRSOR,



VM apparatus hunc praeter morem hic hodie spectetis, arbitror ciues honestissimi, atellanam fabulam, vel ludicra aliqua vos expectare. Quod si ita est, longe vos fallit opinio: neque enim aedibus TYBERII Olympti iure conconsulti grauiissimi ea conueniunt, quae in obscuris, humilibusque locis agi solent. Nam quis risum continere possit, cum leuia huc afferri videret, ubi seria tractantur, & quae ad publica pertinent commoda? Hoc igitur in loco, quae huius loci sunt, coram tanto uiro, quae eiusmodi virum decent, expectabit. Aemus hic hodie Marcellum Syracusarum vastatorem, milites in castris exercentem, & in suo praetorio seria tractantem. Pleraque ex Liuii poenu deprompta sunt, neque gesta solum, sed etiam penè verba ipsa orationisque. Atque cum graui agantur, ampla sententiarum grauitate, & maiestate verborum erant agenda: nam grauium viuorum ludicos sermones esse non conuenit. Praeterea si ex illo auctore deprompta haec sunt, quem omnes sciunt in scribendo duriusculum fuisse, neque facile eius scripta percipi posse, (& si sacrarum rerum sacer ille interpres Hieronymus ea lacteo sermone redundare existimauit) quanta attentione tantis in rebus opus sit per vos scire ipsi potestis. Denique cum actio haec eorum sit virorum, qui ante Ciceronis aetatem extiterè, nemini mirum uidebitur, si ipsorum oratio antiquitatem redolebit. Spectatum igitur quicumque admisi estis, non risum captabitis, nisi forte aliquis ex commilitonibus suis ineptiis risum mouerit. Quamobrem animam aduertite, ut, quae aguntur, (quando hic adestis) non ignoretis. Neque ex uobis aliud magis, quam silentium, animorumque tranquillitatem expectamus.

PRAEFECTVS CASTROR. TRIBVNVS MILITVM
CENTVRIO PRIMIPILVS MILES HISP.

PRAE. Commilitones praestantissimi postquam conticescunt hostes, neque nobiscum concurrere audent, quando uos rei militatis peritia ceteris omnibus antecellitis, facite, ut tirones hodie in castris militari aliquo labore exercentur, ut quo quisque corporis robore, aut qua ingenii dexteritate polleat, facile cognosci possit. Quiescant hodie arietes, onagri, balistae, vineae, turres ceteraque machinamenta quatenus dismuris idonea: imperat enim Marcellus à S. racusanis moenibus oppugnandis distitere. Sed ne milites, & praesertim tirones inertia torpescant, cauere in primis oportet, otiosa enim castra esse non conuenit. Nostris hoc semper fuisse in more positum, maiorumque instituto confirmatum, ut tirones quotidie omnibus armorum generibus exercentur. Vestrum igitur munus erit spectacula haec ex vestro iudicio disponere. TRIB. Praefecti, quem te omnes appellamus, ac ueneramur, hoc munus est, quae per nos fieri possunt, imperare, nostrae uero partes imperata perficere. Quamobrem Consul mandato morem gerentes, quae nostra peritia est, atque solertia, operam dabimus, ut nemo in castris otiosus hodie affuisse dicatur. PRAE. Vocate igitur agonotheras, qui in ludicris praesse solent, & premia uictoribus diuide re primorumque

primorūq; ordines ducere. Adfunt Aquiliferi, Céturiones Tribuni Decurionesq; omnes: conueniunt Hastati, atque Triarii, & si quid forte tumulti acciderit, quorum id munus est, attutum comprimunt. CENT. PRIMIP. Quid campigeni, & Metatores, qui praecedentes locum castris idoneum eligunt? PRIDE. Imperate his, ut ludis aptissimum eligant locum. Cornicines verò Buccinatores, & tubicines ex editiori aliquo loco, tanquam ex specula signum danto. Vos educite legiones omnes. Sunt viri dispersi, dispersi ordines. in mediam verò aream progrediantur, qui corporis vires sunt ostentaturi. Iuniores exerceantur ad cursum, ut maiore impetu in hostes procurrere, oportunaq; loca celeriter, cum vsus venerit, explorare, celerius redire, fugientesq; hostes insequi valeant; Tum ad saltum, ut fossas transilire, editioremq; aliquem locum superare possint, cum opus fuerit: Bene enim exercitato militi nihil arduum accidere potest & ut hic praerium cupit, sic minima quaeque formidat imperitus. TRIB. Quid feras bestias e carceribus educendas cenēs, quādo eiusmodi exercitatio & robustiores milites reddit, & ad pugnam alacriores? PRAE. Seruentur in aliud tempus: his enim utemur, si forte Dji faxint, ut legiones reueniant domum duello extincto maximo, atque internectis hostibus PRIMIP. Praeter cursum, & saltum quid aliud fieri iubes? PRAE. Efferrī volo ligneos palos, ad quos exerceantur tyrones cum vimineis cratibus, ligneisque clauis, ut latera, vel pectus, vel caput interdum & pedes petere punctum, caelumq; condiscant. Saltus & ictus facere pariter assuescant, tum insurgere tripudium, in clypeum, rursusq; subfidere, nunc gestiendo prouolare cum saltu, nunc cedentes in terga resilire: missilibus quoque palos ipsos procul terere meditentur ut ars dirigendi, & dexterae virtus confirmetur. Adfunt ad eam rem optime peragendam doctores, qui singularem adhibentes solertiam iuniores doceant arcu diligenter, ac scienter uti, ut fortiter intendant, ut sinistra firma sit, dextera cum ratione ducatur, ut ad scopum oculus pariter animusque consentiant. Quanto enim emolumento sint periti sagittarii in praeliis, Caro noster in libris de militari disciplina diligenter executus est: nostriq; maiores sepe maxima praelia confecerunt cum in omnibus centuriis lectos sagittarios miscuissent. PRIMIP. Sed ne quid praetermittatur, ludorumq; apparatus omni ex parte sit absolutus statuemus (si lubet) in campo ligneos equos supra quos iuniores à dextris, & à sinistris transiliri. TRIB. Indiscant. PRAEFEC. Immo eiusmodi exercitationis genus mirifice commendo; neque solum ab incrimibus id fieri probo, sed etiā, & maxime ab armatis viris, qui districtos quoque gladios in manibus habeant: Plurimum enim confert, si forte vsus uenerit, ut in tumultu praelii, sine mora equites equos suos insilire valeant. PRIMIP. Sed natandi studio desistere hoc tempore oportet, icimus enim illud esse in more positum, ut tiro post varias corporis exercitationes, natandi quoque vsu condiscat, ut cum ad flumen aliquod difficili transitu peruenerit, illud natandi peritus facile traicere possit. PRAEF. Id ipse optime scio: non enim alia de causa maiores nostri Martium campum Tyberis proximum delegere, ubi iuuetus post varia corporis studia ludorū pulcremque ablueret: Sed hyemalis inclementia id nos facere prohibet: nolo milites in hyemales morbo incidere, quos graues, lethalesq; exiltere non ignoramus. Neque prope nostra castra altus labitur fluuius qui natantium corpora sustinere possit. Alpheus enim, qui prope fluit, non altus in mare excurrit. TRIB. Est ne aliud igitur, quod nos facere velis? PRAEFECTVS. Expedire quoque oportet ferreos palos, iacula, hastilia, ceteraque quorum iactu lacertorum robur in praemis confirmatur: Expediant quoque & funditores suas fundas, certosque lapides emittere condiscant. TRIB. Haec nostrae cure permittas: nā statuemus etiā panes supra palos, vel praemia aliquot Baleariū mulierum more, quae filios nullū cibum attingere permittunt, nisi quem

quem ex funda cesto lapide aptissime emissō è palo excusserint, curabimusque, et si quis imperitus funditor apparebit, ieiunus ingratusq; tota exuberet hinc nocte. PRIMIP. Statuite potius fruticum, uel staminum fasces illos, quos in castris scopas appellant pro signo, quod sexcentis pedibus distantes sagittis vel lapidibus ex fistibulo emissis petant; discant quoque manu sola libraria laxa iaculari. Hortari oportet omnes, ut quisque animi, et corporis vires intendar, ut praemium aliquod assequatur: Accipietur enim quisque pro virtute sua: neque quisquam peritus concertandi aderit, qui aliquo munere aut à nobis, aut à consule liberalissime non sit asficiendus. TRIB. Dji faxint, & Iupiter praesertim, qui huic Olympio praest, ad cuius aspectum castra posita sunt, ut is in hac Syracusana oppugnatione aduersus Archimedem tormentorum bellicorum machinatorem, eiusque machinamenta attutum voto potiat, ut domum reuertentes eum triumpho maximo comitari possimus: tanta enim pollet liberalitate, ut amplissima quaeque praemia ab eius benignitate sint expectanda. PRAE. Agite ergo tanto lubentius eius mandatis parere, quod eum magis singulari liberalitate praestantem agnoscitis: stantque omnia in apertis campis, dum coelum serenum est: Praetoria tantum porta pateat, iuxtaq; eam astent excubitores, ne dum ludis omnes intenti sunt, hostes quippiam aduersus nos moliantur. Ego me ad consulem conuortam, ut si alia per me fieri velit, non ignorem: mox huc recurram. TRIB. Mandata curabimus diligenter; sed quis hic, qui alienigena nostro in vallo spatiaur? Huc concedamus, inspiciamusque, quid velit, cum omnia admirari videatur. PRIMIP. Hispanus est, ut vestitus inditat, & incessus. TRIB. Quisquis est, haud temere arbitror huc aduentasse, cum nemini per custodes aditus pateat; nisi Consulis permissu. Sed St. Videtur aliqua expro mere velle. HISPANVS. Solicitabat me maxima cura, animique angebar vehementer cum ex Hispania regione celeberrima, atque rerum omnium vbertate insigni cogere proficisci: ad huc & dulci patria carere, ceterisque commodis, quae domus ipsa cuique abunde suppeditat. At ubi Siculam hanc attingi regionem, quae caeteris locis, quos peragraui, & agrorum vbertate, & varietate fructuum, & magnitudine passionis, & multitudine rerum omnium ad vitae vsu pertinentium facile antecellit, cessat omnis sollicitudo. Placet denique huc appulisse, & id temporis, cum hic Romanorum exercitus militat. At terrent me interdum altissimi huiusce montis ardentis flammæ, longe, lateque excurrentes, tum liquefacta saxa, & in sublime emissā mox magno cum sonitu ad ima detorta: maioremque admirationem patit niuale montis fastigium; Nam quid monstri est? ex mediis niuibz ignis erumpit; maximum arbitror hoc esse naturæ portentum. TRIB. Nuper hunc ad has regiones aduentasse arbitror, qui haec Aetnae incendia magnopere admiretur. HISPANVS. Sed milites duos hic astare video: sciscitari libet, quae tanti incendii causa existat. Plurimum vos saluere iubeo milites fortissimi. Dicit, obsecro, (nā in magnam admirationem me tu aduxere ignes isti, quos ex montis huius visceribus magna vi erumpere video) quid hoc mali est? Nouum ne hoc, an vetustum existit? TRIB. Non nouum id est, crebrō enim flammæ illae emicant, interdumque & saxa prorumpunt. semper enim mons iste nostrū, diuque flammarum globos eructat, nunquam deficiente materia, quae illas alit; illud verò magnopere omnes torquet, quod modō ignis in imum collabatur, modō prorupto, scissoque vertice in coelum emicat; igniti nonnunquam effluunt riui; nunc flammæ fumo, & caligine obductae, interdum ardentem erumpunt lapides. HISPANVS. Huius incendii quam vos arbitrari causam existere? est ne hic fortasse ostium aliquod Plutonium, quo ad inferos pateat aditus? TRIBVNVS. Id nos later; A iunc tamen poetae aliqui non in celebres Enceladum vnum ex Gigantibus illis, qui

Siciliae laudes.

superis regnis Iouem detrudere conati sunt, vrgeri mole hac, & per hiatus hunc fulm ine semiustum expirare flammaram globos istos admirabiles, quos conspicias. Audiui tamen ex aliquot uiris eruditissimis, qui in philosophiæ studiis versantur, id ea de ratione effici, quod cauernosa sit ea terræ pars, quæ illi monti subiacet, sulphurisque uenis scateat, quæ materia facile ignem concipit, alitque, tremoremque montis ex incluso spiritu oriri eius verò verticem niualem esse, quod egestum cinerem nix, & pruina superueniens operiat. Sed cum hæc sint naturæ maiestate abdita, hosque recessus Empedodes quondam adierit, ea nemo ipso accuratius explorabit. **HISPANVS.** Quis est iste Empedocles? **TRIBVNVS.** Fuit huius insulæ philosophus celeberrimus, quem aiunt naturæ miracula ista explorandi cupidum in cauernam illam insiliisse, sciendique cupiditate inflammatum Aetnae ardentes flammam non extimuisse: sed audaciæ poenas dedit miser; nam qui fieri poterat, ut mortalis homo ex mediis ignibus uiuus effugeret? alterum tamen ferunt ferreorum calceorum, quos in eum usum parauerat, haud procul e motis supercilio esse repertum. Quidam aiunt eum immortalitatem affectantem sponte huc se præcipitem dedisse. **HISPANVS.** Miser hic profecto fuit, qui dum immortalis cupit haberi, tam miseram subiit mortem. **TRIBVNVS.** Neque defuere, qui huius rei cognoscendæ gratia montis fastigium conscendere ausi testati sunt se uidisse aream summam stadiorum ambitu patentem, atque inclusam supercilio cineroso in muri speciem in media planitie nebulosum apparere tumulum, interque eos & quidam crateris labrum transgressi per aream ipsam processere; sed altioris cineris calore pedes referre coacti sunt. **HISPANVS.** Mira isthaec narras. **TRIBVNVS.** Immo illud magis mirum, quod excurrit cinis plaerunque in propinquam Catanæ oram quæ cum quondam obrueretur liquetactorum lapidum cineribus, ferunt Amphinopum & Anapum iuuenes pietate insignes parentes humeris sublatis è mediis ignium riuis catanam usque effusus seruasse. Illud quoque admiratione dignum, quod aiunt cinerem illum agros fecundare, ouesque adeo pingues reddi ex illorum pascuis, ut præfocentur: Quamobrem quarto quoque die sanguinem ex earum auribus elicere oportet. **HISPANVS.** Idem ferunt, qui Gades incolunt in Herculeo freto sitas de suis regibus, tantamque pabuli ubertatem ibi existere, ut pascentium pecudum lac sero careat, tricesimoque die animal suffocari, nisi sanguis ex eius uenis educatur. Illud quoque mirum narrant, herbam etiam siccam tanta efficere pinguedinem; unde si qua de Geryonis armentis circumferuntur, ea non fabulosa esse existimabitis: sed perge, obsecro, quæ de Aetna incepisti. **TRIB.** Admirabile & illud quoque, quod aiunt cinerem illum ex crateris ore emissum, & per montis ripas diffusum rursus sumpta soliditate durefcere, & in molarem lapidem conuerti, propterea que cineritium seruare colorem, quem habebat, cum flueret. Sed cur hæc admiramur? Adiacet Siciliae Lipara insula eadem ferme natura: inter utranque est & insula. Vulcano sacra tota saxosa aspera, deserta nocturna hæc quoque, ut Lipara, euomit flammam. Quare non desunt qui asserant, totam hanc oram à Cumis ad Siciliam ignitam esse, habereque sub terra, & sub mari cauernas se inuicem contingentes, illud quoque pulchrum est, oculisquæ admodum gratum, quod ager ille, qui ad Aetnae radices adiacet, semper uernat, uersico loribusque flosculis refertus est: unde non immerito fabulati sunt poetæ, hinc Proserpinam flores legentem à Plutone raptam. **HISP.** Sed dic quaeso, uidistis ne aliquem Cycloperum illorum, quorum laepe prisca poetæ meminere. **TRIB.** Cōplures uidem quotidie. **HISP.** Ain uerò? **TRIB.** Immo cō ipsis assidue bella gerim. **HISP.** Quam cupio eos uidere. Sunt ne monoculi, aut aiunt, & corporum proceritate adeo insignes, ut cum quercubus & cum cyparissis uerè conferri possint? **TRIB.** Immo altas pinus, procerasque abietes longe

longe superant. **HISPANVS.** Sed quibus armis nos contra eiusmodi hostes, & tam immanes astare potestis? quomodo toruum aspectum ferre? **TRIB.** Consilio, & ratione. **HISPA.** Nescio, an hoc satis sit. **TRIB.** Nolo te ex nostris dictis errare, Parum enim refert monstrum animi sit, vel corporis. Poetarum mos est, animi esse feros mores corporeorum membrorum magnitudine exprimere, ingentes enim animorum motus, vastasque ferocitates exiguae corporum mole non uidentur posse capere. Quamobrem immensæ animorum elationi, vastasque ferociæ immensæ membrorum artus, uasta ossa, lacerti que conueniebant, qui omnem humanum captum excederent. Ac ne uera ignores, Fuere quondam Cyclopes immanes quidam homines huius insule primi cultores natura immitti ac fera, neque certa domicilia habentes, inter quos nulla fuere commercia; Nam quisque suæ familiaris curam gerebat, cum mutuo se odio prosequerentur. Quales eos putas fuisse in hospites? quam immanes? quam inurbanos? quam feros? cum omnis humanitatis, & urbanitatis expertes essent? Quare cur non monoculi (id enim Cyclopi signficat uocabulum) dicendi erant, qui appetitu tantum ferebantur, omni prudētia, ac consilio destituti? **HISPAN.** Video te uera loqui, omnemque ex animo caliginem eripere, qua obductus erat. **TRIB.** Adhuc extat illorum tam immanium hominum etiam feroces, moribus, ac inhumanitate penè par, qui temere nullaque fere ratione inter se etiam de lana caprina (ut aiunt) seuerissime dimicant. Unde si quid cum eiusmodi gente contrahendum tibi erit, summa cura enitere ne in fraudem aliquam incidas. Quoad enim conjicio tu nuper in hanc oram aduentasti. **HISPAN.** Sic est mihi; cauebo diligenter, ubique gratias ago, quod hæc me docuisti. **TRIB.** Sunt qui Cycloperum proceritatem ad fructuum ubertatem referant; aiunt enim ubique eos ibi magnitudine cæteris præstare, non solum copia. Nec alia de ratione Cererem in hac insula habitasse ferunt, & Saturni falcem in Drepanum decidisse, nisi ut huius terræ fertilitatem indicarent, qua cæteris regionibus anteferri facile potest. Iure ille M. Cato sapiens cellam penariam Reip. nostræ, nutricem plebis Romanæ Siciliam nominauit; alij modò horreum, modò ararium. **HISP.** Hæc alias audiui. Sed ubi nam sedem obtinent uorax Scylla, & uasta illa Charybdis amba seuitia infames, quæ miseris nautas tam misere dicuntur dicere? **TRIB.** Quid tu hæc monstra esse aliqua arbitraris? sunt hæc saxa quædam ingentia marinis obducta fluctibus, uastis referta speluncis, in quibus marina latitant belluæ, quæ res fecit, ut dicerent Scyllam canibus, lupisque circumseptam nauigantibus insidias moliri. Sed te scire uolo, ingeniosos poetas eiusmodi figmentis huius insulæ, & adiacentis oræ mulierum mores uellicare uoluisse. Nam prope Rhegium Scylla obsidet, prope Messanam implacata Charybdis. Sed si paululum hic moram feceris, te ipse cognosces, quales Brutiarum, & Sicularum mulierum mores existant; nolo in illas grauius quidquam dicere. **HISPANVS.** A scæminis huius loci neque minus mihi cauebo, atque à maribus: noui enim omnes insulanos male audire. Scire illud quoque abs te expeto cum te singulari uideam eruditio ne præditum, uera ne sunt, quæ de Arethusa circumferuntur? **TRIB.** Nihil de ea quidquam ausim affirmare. Vidi tamen hunc fontem in pelagus fluuium statim emittentem; non enim longe à mari distat, eundemque ferunt esse Alpheum, qui ex Peloponeso per mare fluens sub terræ Euripo hic postea iterum emergit. Cuius rei coniecturam ex ea re faciunt, quod poculum quoddam olympiæ, quod in amnem ipsum ceciderat, hoc in fonte demum emerit. Tum quod ex sacrorum sordibus, quæ sunt in olympis, fluuij aquæ inquinantur. Hanc fidem confirmat Alpei delapsus in quædam terræ hiatus antequam in mare excurrat; quod aiunt quoque contingere Oronti in Syria, Euphrati in Mesopotamia, & Nilo in Africa. Sic poetæ per multa de Alpei amore erga Arethusam, finxere. **HIS.** Cur tu hæc finxisse cre

Aetnae insulæ causam.

Empedocles.

Amphinopi & Anapi pietas in pascuis.

Lipara.

Cyclopes.

Scylla & Charybdis.

Arethusa.

Palicenus
fons.

dis? TRIB. Philosophari militem non decet, cuius est arma trahere. Sed arbitror doctissimos viros per eiusmodi figmenta rerum naturalium admirabile consensum indicare voluisse, dulcesque aquas etiam in mari existere, perque terrarum meatus excolari; sed in maximam te admirationem traducet Paliceni cuiusdam fontis admirabilis natura, apud quem aiunt iuramentorum veritatem explorari solere, si quis in furti suspicionem venerit. HISP. Quo pacto id fit? TRIB. Dicam, si quis iurat, fide iussore accepto, ut si quid iuranti acciderit, is praestet, tabellam in fontem coniecit, quae, si verum est, quod iureiurando asseruit, fluitat, sin contra, mergitur; Aiunt quoque hunc existere prope lacus Dellos: sic à geminis fratribus dictos, qui ex his lacibus emerferunt, hosque aiunt esse astuantibus aquis insignes, quos incolae crateras vocant, & quos tanto in honore habent, ut etiam in ipsis iuramenta explorent, ut de Paliceno dixi. HISP. Vereor, ne fabulosum id sit, solertesque viros haec excogitasse arbitror, ut maleficis terrorem aliquem incuterent. TRIB. Cur fabulosum? Non audisti à sapientibus admirabiles fontium naturas circumferri? ut de Lycq Indiae inuenio, cuius aqua velut oleo lucernae ardeat. Quid Paphlagoniae fontem referam, cuius aqua temulentos homines reddit? Quid Arcadiae fontem homines abstemios reddentem? Quid Chii aquam, insipientes efficientem? Quid Xanthi cuius aqua ouium vellera reddit rufa? Quid Stigem, cuius aqua nullo vase contineri potest, nisi vagula? sed quis haec percurreret: sunt enim innumerabiles fontium proprietates. Neque in his recensendis diutius hic tecum immorari possumus: alia nobis agenda sunt ex Marcelli imperio. HISP. Quae nam? TRIB. Educere milites oportet, in campum aliquem, ubi se exercentes ostendant pro viribus quid valeant. Nefas enim qui in castris versantur, se gentie corrumpi. HISP. In tempore adueni. Nam & ingenij, & corporis virium specimen aliquod hic exhibebo; meque adeo in concertando acerrimum cognoscetis, ut hostium terrorem sitis appellari. PRIMIPILVS. Nimium hic gloriosus est, sed quid mirum, gentis hoc commune virium est. HISPANVS. Pedibus, an equis ludos celebrabis? TRIB. Vtroque modo. PRIMIP. Quam molestus est, non licet muscam istam abigere. HISP. Proposita ne sunt praemia concertatoribus? TRIB. Nihil sine praemio in nostris castris geritur: ubi si caetera deessent, honor maximum est virtuti cuiusque praemium. HISPANVS. Alacrius ergo accingar, ut quantus in clypeum affurgam, quam uenuste tementem hastam quatiam, quoue turbine in hostem intorqueam, quam stricto ense caeteros perterrefaciam, quosque facile cognoscat. TRIB. arbitror esse te praestantem virum, & in praelio acerrimum; sed facito, ut facta consequatur verba. HISP. Faciam profecto, Neque quisquam aduersum me hodie stabit. PRIMIP. Credo, nam ludis non aderis. HISP. Duce te me quoque ad apparandos ludos. Id enim ipse ante omnes calleo. TRIB. Hispani non licet alienigenae in apparandis ludis se immiscere. Quamobrem secedas quaeso, neque diutius nobis negotium faceffas. Nobis hoc mandatū est, tu valeto. HISP. Magnifice admodum se efferunt milites isti; neque mirum; Romanorum hoc est, qui adeo elato, erectoque animo sunt, ut omnibus imperare, nemini cedere uelint. At eorum gloriae nullo pacto gens nostra concedit, quae & virtute, & consilio, & factis caeteris longe antecellit; Quod & ita esse spero me hodie hisce in ludis facile comprobaturū, per multis enim eiusmodi certaminibus affui, quotque uiros mea haec dextera in humum prostrauerit, sciunt omnes, qui affuere. Hodie quoque id cognoscant & Romani milites, qui se adeo iactant, efferuntque; ut caeteros omnes praese contemnant, muscasque existiment. At interim Consulem adibo, ut quantus vir sim cognoscat; non enim vereor, quin me in intimis sit habiturus, multaque ex meis consiliis sit executurus.

IOAN

IOAN. VINCENTIVS SAMMARCVS FABRITII IVRIS
PRVDENTIA ET IN PATROCINIIS TVENDIS CLA
RISS. F. QVATVOR GRAECORVM CERTAMINA
HIS VERBIS EXPLICAVIT.
DECVRIO.



VI in hac hyeme canos hirsuta capillos Auditores celeberrimi; quid hoc inquam huiusmodi tempore nobis esset agendum, cum mente, animoque diu agitarem, illud tandem venit in mentem, ne inertia languerem; aliquid de prisca ludorum moribus recensere. Nam in tanta horum die-rum celebritate Saturnalia ipsa ludos postulant, choreas suo iure sibi vendicant; denique voluptatum genus omne indicunt. Inuitat quoque genialis ipsa hyems, quae cutas resoluit, & quae ad hilariorem hortatur vitam. Natura ipsa magistra docti Frigoribus: patto agricolae plerumque fruatur, Mutuaque inter se laeti conuiuia curant.

Ipsae igitur non praeter temporis rationem arbitratus sum esse me facturum, si cum omnia mulicis concentibus resonant, cum omnes ferè aedes lautis coenis, atque adeo Pontificiis, saccharatisque; redolent placentis; cum denique aulae, ac cubicula mira odorum suauitate fragrent, viaeque ipsae tot calathis, tot bellariis, quae huc illuc exportata seruuorum manus defatigant, assidue perstrepat, aliqua ad geniales dies, & ad ludorum apparatus pertinentia explicaro. Mouere me quoque ad haec peragenda prisca, & sapientum viro-rum non contemnenda instituta. Illi etenim cum nostram hanc vitam plurimis sollicitudinibus, ac laboribus circumseptam viderent, ac propterea hilaritate aliqua indigere, permulta ad subleuandos animos tot malis, totque angoribus enectos excogitarunt, ut voluptate aliqua recreati, ac diliniret, & praeterita obliuisci, & futura alacrius tolerare possent. Quamobrem ea ipse hodie ad vos asserere volui, quibus aures vestrae conuicio defessae conquiescerent, & tristes animi ex forensi strepitu ad hilaritatem aliquam conuerterentur. Dicam igitur de ludorum origine quam breuissime potero, de numero, & apparatus, tum denique de praemiis, quae in eiusmodi ludis victoribus exhibebantur: daboque operam pro virili, ne frustra huc spectatum uos accessisse existimetis. Atque ut inde nostra ducatur oratio, unde eam deduci oportet, sciendum est, ludi appellatione omne ludicrum contineri, quod ad animi recreationem, uel ad corporis exercitationem pertinet, proposita aliqua lucri spe, uel damni periculo: Nam quod ad solam voluptatem spectat, lusus potius & ludus solet appellari. Ludi quoque nomine continentur & locus ipse, ubi corporis vires, aut ingenij acumen exercetur. Hinc sunt vocēs illae: ludus Palaestrae, ludus gladiatorius, ludus litterarius, pro locis, in quibus eiusmodi res tractantur. Unde Asconius, omnem scholam (inquit) ludum dixere Romani. Illud quoque an in aduersione dignum, hanc uocem in unitatis numero dicunt publica certamina, siue spectacula intelligere oportet, quae à Graecis ἀγώνες, & ἀγωνισμὸς appellatur, de quibus nostra futura est oratio. Ludorum ferè omnium inuectores Lydos fuisse scribit Herodotus, eique rei occasionem dedisse an nonae caritatem, quae cum in omnem Lydiam valde grassaretur, incolae ingenti fame enecti, ut malo, quo premebantur, remedium inuenirent, utque facilius famem tolerare possent, alex, tessarum, pile ac permularum rerum ludos excogitarunt, quorum delectatione desinuiti, ac tempus traducentes fame minus angii uidebantur. Ipse tamen censerem ludos voluptatis in istros natura semper extitisse; adeo enim homi-

hominum animis voluptas infusa est, adeoque ad eam omnes toto impetu ferimur, vixque puer certo pede signat humum, cum gestit paribus colludere, ut quidam non obscuri Philosophi summum bonum esse arbitrati fuerint. Eos vero ludos, quibus corporis vires exercentur, sunt qui existunt, à pastoribus ortum duxisse, qui cum in locum aliquem conuenissent eos ne otiosi essent, saltu, aut cursu, aut palestra se exercuisse credendum est. At publicas celebritates, atque certamina veteres non aliam ob causam introduxisse putabimus, nisi ut animos à quotidianis curis aliquatulum relaxarent, ita tamen ut una cum uoluptate, quae ex illis percipiebatur, mores informarentur, corporis exercentur vires, & ad religionis cultum simul animi excitarentur. Quamobrem quae natura ipsa ministravit, ars postea perfecit. Vnde Galenus quoque existimavit, cum homines ad musicam, atque gymnasticam artem natura sint propensissimi, cumque nihil melius, quam haec duae res & animum componere possint, & animi vires excitare, denique ad bonam frugem inducere, natura prius ludos exiitisse, postea ad artem fuisse redactos. Neque alia de ratione in militiam ludos inuectos fuisse censendum est, nisi ut milites eiusmodi certaminibus affluenti ad pugnam robustiores redderentur, & ne inertia, aut otio, dum essent in castris, corrumpere. Propterea luctando, iaculando, currendo solebant exerceri; quod clare innuit pluribus in locis Homerus, & praesertim ubi milites prope litus, discis ludentes, arcuque sagittas, & iacula manu emittentes facit. Idemque lib. 4 inducit Achillem ludos apparantem, praemiaque victoribus, proponentem, Ludorum usus fuit postea inuectus ad dies festos hilarius celebrandos, in quibus permulta, magnaque praemia athleticis proponebantur, ut illis alacrius, libentiusque ad eiusmodi exercitationes concurrerent. His accedere & honores, qui victoribus exhibebantur. Neque enim solum in conuentu stantes cum palma, & corona laudes ferebant, sed etiam in patriam reuertentes in quadrigis triumphantes moenia intrabant, graeque publico donabantur. Denique crescente luxu, & ualitudine decrecente tuenda sanitatis, firmique roboris comparandi studio eiusmodi exercitationes ad gymnasia traductae fuere, & in artem redactae, quam gymnasticam appellant *ἀπό τοῦ γυμνασίου* hoc est ab exercendo, quod ibi corporis vires exercentur. His accedere & publica loca, ut circi, theatra, amphitheatra, praeter xystos, Hippodromos, & Catadromos, quibus in locis uel publice ludi celebrabantur, uel priuatum exercebantur, ut instructiores ad publica certamina prodire potuissent. Atque si quis forte, quae fuerint certamina, requirat, in quibus prius solebant exerceri, ea quinque fuisse sciat, cursum, saltum, iactum, pugilatum & luctam: ex quibus cursum, & saltum prius in usu fuisse censebit, sunt enim simplices motus, cum quispiam solus & currere, & saltare possit, pugilatum uero & pugnam posterius introductos, cum sint motus compositi: Neque enim sine antagonista perfici possunt. Tria fuisse scribit Dionys. lib. vii. Cursorum, pugilum & luctatorum. His in certaminibus qui se exercebant, Athletae dicebantur, quod *ἀθλος* certamen significat. qui uero certaminibus iudicandis praerant, Athlothetae, quasi certaminum curatores, ac praemiorum, quae victoribus danda erant, auctor Pollux in iii Onomastici. Horum lictores Mastigophori dicti sunt, qui submouendae turbae, & seditionibus compescendis suam operam praestabant. Hinc Athletica pro arte ipsa usurpatur à Iureconsultis, & Athleticus victus pro admodum pleno, quali athlete uti solent, & athleticè ualere pro optime et firmissime, auctore Budaeo. Athletas Sabinus, et Cassius responderunt omnino artem Ludicram non facere: virtutis enim gratia hoc eos facere. Hi licet lucri causa non certarent, tamen si ter victores extitissent, & tribus coronis de publico donabantur, & ciuiliu munera uacationem consequerentur. Multa sunt de Athleticis lib. Cod. x. At pugilum appellatione conti-

continebantur hi solum, qui pugnis contendebant, sed postea pugnis lora addita fuerunt, pugno enim qui alios feriunt, plerumque plus damni accipiunt, quam inferunt. Ea lora appellauere cestum à graeca uoce, quae cingulum significat. Vnde apud poetam Veneris cingulum caestus dicitur, quo fingunt eam sibi Martem conciliare, neque his contenti, addidere postea & plumbeas pilas in extremis loris appensas, quibus se pugiles male multabant, quod certamen uale esset, Virgilius v Aeneid. describit, unde sunt qui ad cadendo ita dictum uelint, quod pugiles se mutuo caederent. Pugiles (inquit Cicero) caestibus contusi ne ingemiscunt quidem. Qui uero non tantum pugnis, sed etiam calcibus, genibus, ac dentibus, certatim in concertando abutebantur, si Pancratiastae appellabantur, qua in sententia uidetur esse Budaeus in annotationibus in Pandectas, eosque ait ita appellatos esse *ἀπό τῶν παντοῦ κρητῶν* hoc est ab omnibus uiribus, quas in eius modi certaminis genere effundebant. existimat enim Pancratium fuisse certaminis genus, quod aduocatis omnibus corporis uiribus, omniumque, uerborum contentione transigebatur. Hanc opinionem uidetur confirmare Quintilianus lib. 2 oratoriarum in institutionum, cum inquit. Sicut ille exercendi corpora peritus non, si docendum pancratiasten susceperit, pugno ferire, uel calcetantum, aut nexus modo certos aliquos docebit, sed omnia, quae sunt eius certaminis. alii uero Pancratium fuisse dicunt, certamen gymnicum ex quinque certandi generibus constans ex cursu scilicet, disco saltu, lucta & pugilatu, quod latini Quinquertium dicunt & Graeci alio nomine Pentathlum, Voluntque discrimen aliquod inter haec inesse. nam pentathlum existi mant dici, qui his quinque certandi generibus congregitur etiam si in omnibus, aut in quibusdam succumbat, Pancratiasten uero in omnibus uictorem, Festus inquit eum Periplo uictorem appellari, qui quatuor Graeciae certamina adiit, Et in omnibus uictor euasit, unde quasi circulo, quodam uidetur omnibus palmis potitus, quae in illis certaminibus proponebantur. Iuxta hanc opinionem Pancratium, & Pancratiastes uidentur deduci *ἀπό τῶν παντοῦ κρητῶν* hoc est ab omnia vincendo. Obiit postea usus, ut etiam equi cursores alerentur, hisque uel solis uerentur, qui propterea Celites dicebantur, uel ad cursum alligatis, unde Bigarum, & Quadrigarum nomina fluxerunt. Nullubi terrarum maiore apparatu, frequentiori hominum conuentu ludos celebratos fuisse comperimus, quam apud Graecas ciuitates; Atque ex his quatuor praecipua certamina ad antiquorum Deorum religionem pertinentia scriptores maximis tollunt laudibus, Olympia scilicet, Pythia, Isthmia, & Nemea, quae, & eorum praemia, & quibus Deis dicata essent, non minus eleganti, quam ingenioso epigrammate complexus est Archias Graecus quidam poeta, cuius sententia latinis uerbis ita expressa est.

Quatuor in Graecis certamina, quatuor illa
Sacra, duo superis, sunt duo sacra uiris
Sunt Iouis haec, Phoebique, Palaeonis, Archemorique;
Praemia sunt oleae, pincae, mala, apium.

Inter haec & si Olympia & uetustate, & nobilitate ceteris antecellunt, tamen in tium captam à Pythia, cum praesertim quosdam antiquitatis studiosos haec ceteris uideam praeposuisse. Fuere Pythia in Appollinis honore celebrata, & ab ipso Appolline instituta post interfectum ab eo latronem illum Pythonem in Delphis, qui omnes latrocenjis suis exterrijos retinebat, cui cum ex maleficiis draconis nomen esset impositum, orta est fabula de Pythone serpente, quem poetae ferunt ab Appolline post eluuium sagittis confixum esse. Hos igitur ludos Delphi tanti beneficii memores magno apparatu celebrare consueuerunt, laudesque primum & hymnos, in Appollinis honorem introducere. Auctis postea rebus additi fuere citharistae, & tibici.

Caestus.

Pugiles.

Pancratiastae

Celites.

Pythia.

& tibicines; tum equestre certamen: longo post tempore ad cætera ludera accessit armatorum cursus, & bigis certandi mos fuit introductus. Erat musicorū cantus in his ludis in quinque partes distributus: Apollinis enim pugnam cum Pythone illo exprimebat, eaq; de causa *πυθικός νόμος* appellabatur, in prima enim parte erat proemium, ubi cauti militis prudentiam referebant, cuius proprium est, antequam ad pugnam accedat, omnia circumspicere. Nam turpe est militi dice te, non putaram; altera pars certaminis periculum, hostisque prouocationem continebat; tertia pugnam ipsam exprimebat, quarta victoriam, quinta morientem inimicum, animamq; exhalantem. Hæc de Pythiorum origine, & apparatu. At Nemeæ in Archemori Lygurgi filij honorem instituta fuisse legimus, eaq; cum in Nemeæa silua Argiuorum celebraretur, inde nomen sumpsisse putandum est: Ibi enim in pratis à matre relicus Archemorus, ante dictus Opheltes, à serpente occisus est. Ea de causa ad matris solamen triennale certamen milites serpentis interfectores instituit; proptereaq; & à militibus antea committi solebat. Fuit postea ad illud populus admixtus. Amphiarus vates cum eius mortem prouidisset, ob ortu Archemori nomen inuexit; Nam *αρχή* principium significat, *μορφή* mortem. His ludis præter Argiui, Corinthij, & Cleonæi iudices ob mortui memoriam pullati sedebant: Hercules tandem cum Nemeæam leonem occidisset, hos ludos in melius correctos, in stauratoq; Ioui Nemeæo dicauit. At de his hæcenus. Sucecessere Isthmia in Melicertæ honorem instituta; ferunt enim poëtae Athamantem filijis agiturum, quod Innonem contempsisset, ex duobus liberis, quos habebat Læarcum interfecisse, Melicertam verò se ipsum ex rupe in mare præcipitem dedisse, quem mater secuta eodẽ fato perfuncta est. Horum casum Nereides miseratè matrem in Deorum numero receperè, quam Græci Leucothoen, Latini Maruram vocant. Melicertam verò in Deorum numerum Palaemonem ab illis, à nostris Porcuhum appellatum retulerè. Nymphas postea afferunt Pelopem monuisse, vt in Melicertæ honorem ludos faceret. Sunt qui scripta reliquere, Melicertæ cadauera delphino in terra delata, & à Sisyphe Corinthe regnum obtinente fuisse sepultum; sed verò similis est, cum Melicertæ cadauer ad Isthmum, qui locus est, prope Corinthum fluctibus electum fuisset, cumque ex eare Corinthij peste laborarent, oraculo moniti sunt, vt Melicertæ iusta persoluerent, ludosque facerent. Plutar. in vita Thesei asserit hos ludos ab eo fuisse institutos in Neptuni honorem, seaque de ratione appellatos fuisse Isthmios, quia in Isthmi faucibus, vbi Neptuni erat templum celeberrimum, quinto quoque anno celebrantur. Omnibus supradictis Olympia & tempore, & dignitate, & apparatu facile antecelluisse asserunt omnes: propterea de his crebra apud auctores mentio est; neque aliud magis poetarum carmina resonant, quam Olympia. Taceo Pindarum, qui non solum hæc certamina, sed alia quoque præclaro suo opere est persecutus. Celeberrimi fuere hi ludi tum eius viri auctoritate, qui instituit, (Herculem enim auctorem faciunt) tum eius Dei dignitate (Ioui enim erant dicati) in cuius honorem fiebant; tum ratione loci; nam apud Olympum in Elide peragebantur in maxima dierum celebritate: demique & temporis vetustate; nam ante Troiana tempora instituta fuere. His accessit & apparatus, cum maior in his fuerit, quam in caeteris. Nam præter homines maiores natu, pueri quoque, mulieres, variaque vehiculorum genera in hos ludos admixta fuere, tum grauioris armaturæ militum cursus; erant quoque hic maiora præmia victoribus proposita, quam in caeteris. Quare non immerito asserit Horatius, complures delectare puluerem Olympicum collegisse, cum eos palma nobili ad sidera extolleret. Est tamen apud auctores conuenerit, quis Hercules horum ludorum institutor extiterit; constat enim plures fuisse Hercules, somniumq; præclara facinorata dnum Ioui filium esse relata. Scribit

bit

bit Pausanias quinque fratres ex ida Cretæ monte in Elidem uenisse, eorumq; Hercule natu maximum cursus certamen fratribus per Iuui propositum, victoremq; oleastro coronasse, cuius ibi magna aderat silua; Atq; cum quinque fratres fuissent, instituisse, vt quintoquoque anno eadem certamina exhiberentur: indeq; Olympiadis nomen apud Græcos tam celebre manasse: nam per Olympiadas eorum getareferre postea consuevere. Isacius vero scriptum reliquit Herculem Alcmenæ filium in Iouis honorem Olympia instituisse, qua in sententia & Pindarum Olympiorum scriptorem fuisse video, cuius Graeca verba ita vertere possumus. Nam Pifæ sanè Iouis Olympiadem statuit Hercules præludia belli. Is enim post debellatum Augeam, qui promissam mercedem ob stabula purgata abnegauerat, ex præda certamen Ioui instituit Olympio, eaq; de causa Olympicum appellauit. Quamobrem sitanti Olympia certamina extitere apud Græcos, quid mirum esse debet, Olympiorum præclaram familiam in Campana ciuitate præcipuum locum obtinere ad vrbis nostræ dignitatem plurimum decoris per eam accessisse, & per Tyberium præsertim què ob fidem in clientem, ob pietatem in suos, ob humanitatem in omnes cum optimis uiris conferendum puto. Taceo huius viri maximam in obeundis negotijs solertiam singulare in explicandis legibus doctrinam, incredibilem denique grauitatem mira suauitate conditam. Nolo enim imperitus adolescentulus tanti viri laudes ingeni culpa non honeste tractare. Propterea aljis id muneris permittens ad id quod postremo proposueram, deueniendum puto. Quæ s. præmia victoribus eiusmodi in ludis præponerentur. Præter cætera dona variis coronis eos decoratos fuisse cõperimus. Nam in Pythiis dabatur corona ex lauro, hanc enim arborem tum ob innatum calorem, tum quia ex eius folijs puluinar i suppositis futura praeuidebantur; Apollini dicatam fuisse constat, vel (vt poëtae fabulantur) ob Daphnem ab eo amatam, & in hanc arborem mutatam. Scribit Ister in libro de coronis antea morem fuisse poma quaedam Apollini sacra victoribus dari. In Nemeæis dabatur corona ex Apio funerali; in apjiis enim Archemorius extinctus fuerat à serpente ut supra diximus, in cuius honorem Nemeæa celebrabatur: vel quia in Nemeæa regione laetissime proueniebat, vel quia terrestris admodum est, effunditurq; libenter humi: propterea erat luctui dicata, vnde in antiquorum monumentis, in Cantharis, atque Carcehis apium celatum licet inuenire, vt mortis, & luctus indicium. Hinc quoque sepulcra, & alia mortuorum conditoria apio subternebantur, priusquam cadauera inferrentur; Apium inquit (Plinius) defunctorum epuli ferilibus fuisse dicatum visus claritati inimicum, caulè sceminae vermiculos gigni, ideoque eos, qui ederint, steriles cere, mares, foeminaeque. In Isthmis ex funerali planta quoque proposita erat corona, cum hæc in memoriam Melicertæ mortui ederentur, conficiebatur ex pinu, quæ tum ratione amaritudinis, qua plurimum pollet, tum quia semel excisa amplius non pululascit, mortis indicium habita sunt. At Olympiis erat corona ex oleastro. Nam cum Hercules primus hos ludos celebrasset in loco oleastro sito, victori ex ea arbore, quæ prope aderat, coronam dedisse fertur. Assert Arist. Olympionicas eo oleastro coronari solitos fuisse, qui *ωλυμπιακός* dicebatur; folia enim eiusmodi coronae dicata contrario quodam modo habent. cum reliquis folijs, alia siquidem quod albicat, interius claudunt, virore extra patefacto, hæc verò quod candidum est, foras spectandum exponunt. Sed nolo peritissimorum virorum oculos ineptissimis meis lusibus amplius fatigare. Quamobrem finem ludendi faciam si prius vos rogauero, vt quod ipse male lusi, vos pro vestra humanitate corrigatis.

Olympiarū
familia, no-
bilis.

ACADEMICA
MVTIVS ANGRISANVS IVLII CIVIS OPT. AC
HONESTISS. F. ROMANORVM LVDOS
HIS VERBIS EXPLICAVIT.

PRAETORIANVS.



DIOGENES cum ceteri aliqua in vrbe molirentur, neque quisquam esset, qui in quodam tumu tu non versaretur in labore, ne in tanto omnium motu ipse solus otiosi videretur, cum quid aliud ageret, non haberet, in dolio, hoc est in domicilio illo suo, quo estus, imbresque vitabat, circumcirca studiose inuertendo occupatus fuisse fertur: cumque, ex eo peteretur, cur id ageret? respondit, se cuium tumultum imitari, neque fas esse tanta in trepidatione ipsum solum legniter agere. Tanti ipse philosophi exemplo instructus, cum in nostris castris commilitones meos variis ludorum istis videam exerceri, turpe esse duco, in hisce ludis, in quibus ceteri occupantur, me quoque non aliquid ludere. Quare paratus aduenio, ut mei ingenii virium aliquod specimen hic hodie apud vos viros praestantissimos exhibeam, quos video hic ades se tanquam athlohetas prudentissimos cuique pro dignitate sua praemia reddituros. Audio concertatoribus proposita esse & plurima, & maxima munera. Idcirco enitar, quantum in me situm erit, ne ex tanto certamine alymbolos, atque adeo indonatus abscedam. Atque si Laomedon ille Orchomenius, ut splenis morbum pelleret, ex medicorum consilio longissimis cursibus usus est, unde currendi postea celeritate sibi comparata in certaminibus omnes superavit, quid mihi ut imperitiae, inertiaeque morbos extrudam, agendum erit? an non exercitatione id assequi conabor, cuius viribus afferunt medici & corpus, animam alleuari, ac confirmari? Exercitationis beneficio corruptos exercitus Scipio ac Metellus ad veterum instituta, disciplinaeque maiorum reuocatos multorum & ferocissimorum populorum victores reddiderunt. Maiora animi exercitationem efficere solere, vos in eiusmodi studiis diu versatos optime iam scire arbitror. Haec me ad hortata sunt, ut hoc in certamen progredi non dubitarem. Paneratiastes, cui nunc ipse succedo certavit cum Graecis neque pugnis solum, sed etiam pedibus, dentibus omnibus denique nervis, unde magnam palmam reportasse video. Mihi vero quicum certandum erit? an cum Siculis? sed quid mihi cum his, & si acuti sunt? An cum Gallis: at hi ob stoliditatem male audiunt. An cum Cretensibus? sed quid his mendacius? an cum Theutonibus? sed quid temulentius? Erit fortasse concertatio cum Hispanis? sed quid gloriosius, cum sua facta satis superque soleant efferre? Praestabit igitur cum Italici regali nobilitate fulgentibus & praesertim cum Romanis, a quibus vinci praeclearius esse duco, quam ceteros vincere. Ludam cum his igitur pro virili, ut qui Graecorum certamina nuper cognovistis, Romanorum quoque ludos non ignoretis. Atque illud primum premitam, ex Romani ludis alios fuisse ante urbem conditam, ut Troiam et compitalitios, alios vero post, & ex his antiquissimos fuisse, consuetudine a Romulo in Nepruni honorem instituta statim post designatam urbem: qui edo celebriores sunt, quod in his Sabinas mulieres aptas fuisse constat. Fuere praeterea alij exercitationi gratia, ut Circenses, quibus belli simulacra exercebantur, alij in Deorum honorem, ut Megalenses, Apollinares: alij pro victoria, ut Votivi; alij pro bona valetudine, ut Plebei, Seculares, alij in mortuorum honorem, ut Funerales. Alii a locis, ubi celebrabantur, nomina assumpserunt, ut Capitoiini. Dabantur non solum publica, sed etiam

privata

pecunia: et si omnes hi ludi publici erant. Eos curabant Aediles, Praetores praestati praerant: ibi quoque aderat pompa cum thenis pro Deo, in cuius honorem edebantur. Certamina erant curruum, agebantur fabulae, edebantur pugnae in arena, educebantur & bestiarum genera multa, atque ex his nonnulla oculis tantum subiiciebantur, ut camelopardalis, & Phenix, alia pugnae deseruiebant, ut Elephanti, Panterae, Leones, Vrsi, Rinocerotes. Scevola primus Leonum pugnas dedit. Ferunt Pompeium cccv. Leones exhibuisse: Iulium cccc. Augustum ostendisse tigrem. C.N. Domitium c. Vrsos numidicos cum totidem venatoribus, ex Aethiopia. Varios modos pugnandi aduersus feras recenset Cassiodorus Variarum lectionum lib. v. Nam alii bestiam aliquam fragili ligno aggrediebantur, alii saltu circumfiliendo alii rotabili velocitate, alii arundinibus, cratibusque inclusi, alii cancellis septi, alii rota circumacti feras deludebant. Idem auctor scribit, aurigarum factiones, ut anni tempora exprimerent, coloratis vestibus uti consuevissent: nam qui praefinas vestes induebant, uirentis ueris effigiem, coloremque referebant: qui rufas, flammeam aetatem, qui uenetas, nebulosum autumnum, at qui albas pruinosam hyemem. Horum Martialis meminit his uerbis.

*Aurigarum
factiones.*

Si ueneto, praefinoque faues, qui coccina sumis
Ne fias ista transtuga ueste uide.

At Domitianus duas alias addidit aurati, & purpurei panni: Loca uero, in quibus ludi fiebant, tria fuisse comperio. circus, theatrum, & amphiteatrum. Constat theatrum (ut ab hoc primum exordiar) ex dimidia parte circuli, & quarta diametri, ut clare indicat illius figura, quod adhuc Romae extat, a M. Marcello extractum: in eo scenicos ludos fieri solitos legimus. At Amphiteatrum ex duobus theatris simul iunctis constabat, ouataque figura construebatur, ut Romae, & Veronae, pluribusque in locis uidere licet. Hoc in loco gladiatorii ludi committebantur: & conclusarum ferarum uenationes. Ea specie compositum erat, ut spectatores omnia facile uidere possent. Spatium in medio constitutum cauea dicebatur. Et arena, quoniam qui certabant, ne cadentes luxarentur, arena spargebatur: inde illud frequens dictum descendendi in arenam, cum quippiam arduum aggredimur, effluxisse putandum est. Cum uero amphiteatrum in longam figuram protraheretur, circus appellabatur, ita a circui dictus: hinc est circus Maximus Romae inter Palatinum, & Auentinum. Circus Flaminius iuxta cellam sancti Sepulchri, Circus Nerone, Circus Aureliani, Circus Alexandri, compluresque alii. In circo erant carceres locus, ubi equi continebantur, & unde mittebantur, quem locum oppidum alio nomine vocabant. Erat is in modum forficum apertus. Praeterea in medio circo erat Meta congeries scilicet illa lapidea in acutum desinens, quam oportebat septies lustrare: a metiendo dicta uidetur, quod eam quadrigae metiebantur: Tres metas praecipuas afferunt quidam in circo extrui solitas esse, quarum maxima erat, quae Obeliscus appellabatur. Hic erat saxum in gens specie quadrata sed in angulum desinens medio spatio ab utraque meta constitutum. celi vel solis magnitudinem significans: nam in eius fastigio superpositum erat quiddam auratum in flammae morem formatum ad solis calorem fulgoremque significandum. In metarum angulis erant utrinque terni obelisci minores, ex quibus arbitrari licet tres planetas superiores, & alios tres inferiores indicari. In apicibus obeliscorum oua superposita Castorem & Pollucem significabant, quos ex ouis prodisse ferunt poetae. hos enim constat ludis ad modum delectatos esse, cum alter equis, alter pugilatu praestiterit. Vbi e carceribus aurigarum factiones eruperant, atque ad meta peruenierant, illas oportebat citra eam maxima arte flecti, ne si nimis accessissent, rota meta allisa periculum adiret, sin nimium recessissent, qui insequeretur, locum praecurrenti praeripere posset. At euitata meta feruidis rotis parabat sibi palmam auriga, praeter homerum alii quoque poetae indicant. In circo certabatur

Theatrum.

Amphiteatrum.

K bigis

bigis, trigis, quadrigis, & seugis, quas voces de equis curru iunctis intelligere oportet, non de curribus, quemadmodum apud Græcos. *διάρρητοι, τριάρρητοι & τετράρρητοι* leguntur, & apud bonos auctores modò biugos, modò triugos pro bigis, & trigis licet inuenire, interdum & quadriugos equos, & quadriugos currus pro quadrigis, & biugum certamen, in quo bigæ certabant. Constabant bigæ ex duobus equis, ita dictæ à iugo, quo equi iungebantur ad currum. Has lunæ dicatas ferunt, quia gemino cursu cum sole contendit, vel quod nocte, dieque appareat. Trigæ ex tribus equis connexæ. Diis inferis dicatæ erant, quòd hi per tres ætates, homines ad se rapere dicuntur, per pueritiam scilicet, iuuentutem ac senectutem. Quadrigæ ex quatuor equis constantes soli erant dicatæ quatuor temporum auctori. Seiugæ maximus erat, curru, ad quem sex equi iungebatur, Ioui deorum maximo dicatu. Præterea si in circo de equorum pernicitate certabatur, vel puris equis, vel bigis, & quadrigis, qui locus Ippodromus dicebatur, si verò duæ acies concurrebant ad pugne morè, tunc Catadromus: ubi verò quispiam cum feris collufurus, altum locum ascendebat, ex eoque iaculandi peritiam ostentabat, is Peridromus appellabatur. Sed hæc, multaque alia ad eiusmodi rem pertinentia Ioan. Bap. Rin. pluribus est profectus in Poetica Silua. Hæc breui oratione percurri de origine, & apparatu Romanorum ludorum, tum de locis, in quibus celebrabantur. Nunc res postulat, vt de iis ludis dicamus, qui apud eos præcipuo in honore fuere. Sin aut vos diutius, ac debeo, in mora detingo, scitote nunc me ludere, at ludos adolescentulorum animos vehementer oblectare, non ignoratis: Quamobrem patiamini, quæso, me paulisper ludere, mecumque vos quoque (si id tantos viros decet) ludite, vos, inquam, qui mentes à laboribus feriatas habetis securi cum puero colludite. Neque dedecori id vobis fore putabitis, quando Herculeum illum portentorum domitorem cum puerulis interdum collufisse legimus, hocque pacto animi curas remississe: Socratemque sæpe numero ab Alcibiade cum Lampocle infantulo lusitantem fuisse deprehensum: & Agesilaum cum puerulis in arundine equitasse: & Architam Tarentinum cum domesticis vernulis de lusu concertasse. Ex Romanis, igitur ludis quatuor constat fuisse præcipuos, vt de Græcis paulo ante audistis, Megalenses, vnebres, Circenses, & Apollinæ, qui omnes magno semper apparatu celebrati fuere. Ex his Megalenses principem locum obtinere, hi que fiebant in Magnæ Deorum matris honorem. Initium susceperit post Ideam Deorum matrem ex Pessinunte aduocata. Quo tempore Romani in huius rei memoriam magna affecti lætitia ludos instituerunt, quos M. Iunius Brutus cum templo in Palatio dicauit. Horum ludorum A Ediles curam gerebant, veris que initio maximo apparatu eos exhibebant. Maxima in his fuit ludendi licentia; nam personatis iuuenibus magistratum, priuatorumque munia imitari licebat, & ante Deæ simulacrum ludere; nec non & matronis spectatæ pudicitia in eiusmodi ludis saltare permittebatur. In istis diebus Romanæ consuetudinis erat, celebrare inuicem conuiuia, & sodalitates, nec solum de die, sed etiam de nocte, dummodo à frugali vinctu, & moderato vestitu non desisteretur: namque hi ludii præcipue casti magno favore spectantium ornabantur, erantque conspicui. In his seruos adesse non licebat; nam Regum seruitio liberati primùm hos ludos Romani instituerunt. Præsidebant Prætores, & magistratus purpurati in toga, & prætexta, atque in ornatu maximo; vnde purpura Megalensis in prouerbium venit: In istis diebus Ideæ matris familiaris fuit proprium stipem cogere, quod etiam edicto his verbis cautum fuit. Præter Ideæ matris familiaris, easque iusti diebus ne quis stipem cogito. Megalensibus lætitia referretis oppositi erant Funebres mœrore oppleti; cum in defunctorum, & illustrium virorum memoriam magnifico apparatu per ix. dies exhiberetur. Ad hos ludos conueniebant gladiatores venali sanguine nobiles, quorum mos fuit digladiari inter se, vulneraque cædesque committere: emebantur hi etiam ad tam crudele spectaculum

Megalenses

Funebres.

spectaculum. Quem morem ex ea re inuectum fuisse censent. Nam cum antea hostes bello victi, seruique ad sepulcra summorum ducum seque iugularentur, sanguinemque effunderent, idque crudele, inhumanumque scelus videretur, cautum fuit, vt mutata immiti illa consuetudine serui, libertique, & damnati capite, gladiatoresque pretio conducti inter se concertarent, in qua pugna si quis forte succumberet mercedem lanista perdit gladiatoris accipiebat. Hæc certamina duce ad bellum profecturi populo exhibere soliti sunt, vt iuuenes vulnera cernere assueti, cædes & prælia non formidarent. Ad hos ludos matronas accedere, lege cauebatur, ne immanitati, aut feritati assuesceret. Vnde P. Sempronius vxori, quòd his ludis interfuisset, repudium dedisse fertur. Iunium Brutum ferunt primum hos ludos Romæ dedisse in honorem defuncti patris. Alii Appium Claudium, & Fulvium Consules in foro Boario, in quibus præter apparatus magnificentiam immanissimas feras, hominesque, qui cum his concurrerent, ad pugnas immisos fuisse scribunt. Nero CCC. Senatores De equites in vno ludo exhibuit eadem. Domitianus etiam foeminarum pugnas noctu edidit. Claudius, quòd mali essent exempli, edi prohibuit. Tiberio imperante Senatus consulto cautum fuit, ne quis gladiatorum munus daret, cui minus quadragentis millibus esset. Post aliquot verò ætates Theodoricus Gothorum Rex hos ludos penitus extinxit, quos qui curabant designatos dicebantur. Hæc de funeralibus. Circenses in Neptuni honorem dicuntur fuisse instituti, ita dicti, quòd in circo agerentur, videntur à Romulo originè duxisse, quo tempore Sabinas rapuit, quod & Vergilius ita innuit.

Circenses.

Nec procul hinc Romam, & raptos sine more Sabinas
Confessu caueæ magnis Circensibus actis. Addiderat.

Ea spectacula Romulus, quòd prospere contigerant, conso dicauit, hoc est consilii deo, consualiaque appellauit. Sunt qui circenses cum cerealibus confundant, sed longe falluntur, cum circenses Neptuno, Cereales Cereri essent dicati. In hisce ludis curus, & equos adhibebant, in eisdemque erant factiones illæ, quarum paulo ante meminimus, aderant & venationes, longæque ordine eorum imagines circumferebantur, quæ omnia Martio mense fiebant. Apollinæ denique in Apollinis honorem institutos fuisse nemo ambigit, in quibus fabulas recitari, tibias, fides cantusque adhiberi mos fuit. Propterea Scenici quoque dicti fuere, quæ omnia in frondeis vmbraculis fiebant, quod ita esse prætoris verba illa testantur. Ludis publicis, quos sine curriculo, & sine corporis certamine fiat, popularem lætitiæ cantu, & fidibus, & tibiis moderantur. In horum ludorum celebritate matronas pudicitia insignes publice epulari, ingenisque pueros manibus mutuo complicatos psallere, hymnosque Apollini canere, vt Dianæ virgines puellas morem fuisse legimus. Fuere primum editi T. Sulpitio Peno, & C. Licinio coff. accitis ex Etruria ludionibus, qui ad tibie sonum motus edebant compositos. X. viri Apollini boue aurata, & duabus capris auratis sacra faciebant, itaque Latonæ matri aurata boue, prætoris præside, populus laureatus spectaculo aderat. Cuius antea incerto die fierent, P. Licinius Varus Prætor instituit, vt dies ante III. nonas Quinctilis his ludis status foret, qui postea semper sacer habitus fuit. Hi cum per incuriam fuissent aliquando intermissi, ac propter hoc graui aeris vitio ciuitas laboraret, ex Sybillinis versibus Punico bello secundo restituti fuere maxima omnium lætitia, & ioco. Non ignoro præter hos, complures alios fuisse ludos apud Romanos. Fuere enim Taurilli instituti Tarquinii tempore propter grauidas mulieres, ex taurinæ carnis esu graui morbo affectas, Capitolini Ioui Capitolino sacri, Votiu, qui ante vel post victoriam fiebant, Scenici pro bona populi valetudine, Seculares similiter pro populi incolumitate, qui centesimo quoque anno edebantur, Iuuenales in quibus iuueniles animi per iocum recreabantur. Theatrales.

Apollinæ

qui ad conciliandum populi fauorem post dignitates partas fiebant. in quibus elephantorum, & leonum pugnas, tum aliarum belluarum venationes magno sumptu exhibitas fuisse constat. Hos si quis post acceptam dignitatem neglexisset, neque magnifice exhiberet, populari odio & offensa non carebat. In Liberi patris honorem hos primum apud Athenienses celebratos fuisse volunt. Fuit quoque & Quinquennale ludicrum, ad quod tam poetæ quam musici, ceterique artis sue ostentandæ gratia conueniebant de ingenio concertaturi. Hos ludos Nero Cæsar primus ad morem Græciæ Romam deduxisse, Ioui que Capitolino dicasse fertur, simul & instituisse, ut quinto quoque anno maxima animorum contentione celebrarentur. In his qua quisque dicendi facultate, aut ingenii dexteritate polleret, ostendebat. Antea L. Mummius in triumpho primus hoc spectaculi genus exhibuerat, sed iam diu intermissum Nero reuocauit. Hoc in certamine illud lege sancitum fuisse legimus, ut qui victi discederent, victorum laudes tanquam subditi scriberent, & carmine celebrarent. Est profectus ea ipse recensere supercede o, cum illius uiri liber sit in promptu. Neque fas esse dico, dum uos meis iustionibus delectare studeo, mentes vestras à grauib, ac feris rebus auocare. Atque si diutius in his immoratus sū, ac vestragrauitas postulabat, id ascribite tenellæ huic ætati meæ, cuius ludum proprium esse non ignoratis. Quare finem ludendi faciam, si illud vnum addidero. In omnes, qui in certaminibus fortiter se gesserint, aut aliquod insigne opus, vel virtutis specimen edidissent, neque solum homines, sed etiam belluas, à populo magnam stipem & ingentem auium copiam certatim conferri more fuisse, constat enim SP. Posthumio & Q. Marto Coll. populum primum stipem in ludiones spargere incepisse, drachmasque grandinis more, odoratos quoque imbres instar pluuie supra eos compluisse. Quem morem Cæsares postea secuti ad emerendum populi fauorem multis illa excogitarunt, quorum historici in eorum gestis crebro meminere. Id ea de causa ad dendum putauit, ut vos, qui huc nostra ludicra spectatum uenistis, commone faceretur quæ vestri muneris sint, quæ uos in nostros ludiones facere conueniat, ut si nos prouirili hic concerrauimus, & aliquod nostrorum ingeniorum speciem recte exhibuimus, illud uos ea stipe compensandum existimetis, quæ eiusmodi studiis à iuris præclarissimis tribui solet.

MARCELLVS COS. ACCENSVS. LEGATVS ROM.
LEG. EXPLORATOR.

M. Cos. Edicite Tribuni per præcones, ut milites in Prætorium quamprimum accedant, facite, ut tribunal extructum sit, unde eos alloqui possim: est enim quod eos me admonere oporteat. Interim pateat aditus ad me omnibus, qui suis de rebus mecum acturi sunt. ACCENSVS. Adest legatus reliquiarum cladis Cannensis, quos non ignoras ob rem ad Cannas male gestam huc in Siciliam fuisse relegatas: ea conditione ne ante Punici belli finem in Italiam reportentur. Hæc modò P. Lentuli permissu equitum, centurionumque primores ad te miserunt, ut de suis rebus tecum agant. MARCELLI quicumque sunt, accedant, cum uolent, mandataque exponant: benignas eis aures præstare nihil molestum erit. LEGAT. Consulem te M. Marcelle in Italiam adissem, cum primum de nobis, & si non iniquum, certe triste senatus consultum factum est. nisi hoc sperassemus: in prouinciam nos morte regum turbatum ad graue bellum aduersus Siculos simul Poenorum mitti, & sanguine nostro uulneribusque magistratibus satisfactus esse sicut patrum memoria, qui capti à P. Perilio ad Heracleam erant, aduersus Perilium ipsum pugnantibus satisfecerunt. Quanquam quod ob meritum nostrum

nostrum succensuistis patres conscripti nobis, aut succensetis? Ambos mihi consules, & uniuersum senatum intueor, cum te M. Marcelle intueor quem si ad Cannas Consulem habuissemus, melior & Reip: & nostra fortuna esset. Sine, queso, priusquam de conditione nostra queror, noxam, cuius arguimur nos purgare. Si non deum ira, nec fato, cuius lege immobilis rerum humanarum ordo feritur, sed culpa perimus ad Cannas, cuius tandem ea culpa fuit? militum? an Imperatorum? Equidē miles nihil unquam dicam de Imperatore eo, cui præsertim sciam gratias ab Senatu actas, quod non desperauerit de Rep. cui post fugam actam sit per omnes annos pro rogatum Imperium. Ceteros item ex reliquiis cladis eius, quos tribunos militum habuimus, honores petere, et gerere, & prouinciam obtinere audiuius. An uobis, uestrisque liberis ignoscitis facile Patres conscripti? in hæc uilia capita sæuitis? & Consuli primoribusque ciuitatis fugere, cum spes alia nulla esset, turpe non fuit? milites utique morituros in aciem misistis? Ad Aliam prope omnis exercitus fugit: ad Furcas Caudinas ne expertus quidem certamē arma tradidit hosti, ut alias pudendas clades exercituum taceam: tamen tantum abfuit ab eo, ut uilla ignominia iis exercitibus quæreretur, ut & urbs Roma per eum exercitum, qui ab Alia Veios transugerat, recuperaretur: & caudinae legionem, quæ sine armis redierant Romam, armata remissa in Samnium, eundem illum hostem sub iugum miserint, qui hac sua ignominia lætatus fuerat, Cannensem uero quisquam exercitum fugæ, aut pauoris in simulare potest? ubi plus quinquaginta millia hominum ceciderunt? unde consul cum equitibus quinquaginta fugit? unde nemo superest, nisi quem hostis cedendo fessus reliquit? cum captiuis redemptio negabatur: nos uulgo homines laudabant, quod Reip. non seruassemus, quod ad Consulem Venusiam redissemus, & speciem iusti exercitus fecissemus. Nunc deteriore conditione sumus, quam apud patres nostros fuerat captiui: quippe illis arma tantum atque ordo militandi, locusque in quo tenderent, in castris est mutatus. quæ tamen semel nauata Reip. opera, & uno felici prælio recuperarunt. Nemo eorum relegatus in exilium est: nemini spes emerendi stipendia adempta. Hostis denique est datus, cum quo dicant, aut uitam semel, aut ignominiam finirent. Nos, quibus, nisi quod commissimus, ut quicquam ex Cannensi pugna miles Romanus superesset, nihil obici potest, non solum à patria procul, Italiaque, sed ab hoste etiam relegati sumus, ubi senescamus in exilio, nequa spes nequa occasio abolendæ ignominia, nequa placandæ ciuium iræ, nequa denique bene moriendi sit. Neque ignominia fidem, nec uirtutis præmium petimus: modo experiri animum, & uirtutem exercere liceat. laborem, & periculum petimus: ut uirorum, ut militum officio fungamur. Bellum in Sicilia iam alterum annum ingenti dimicatione geritur. urbes alias Poenus, alias Romanus expugnat. Peditum, & equitum acies concurrunt. Ad Syracusas terra, marique res geritur. Clamorem pugnantium, crepitumque armorum exaudimus, desides ipsi, ac segnes tanquam nec manus nec arma habeamus. Seruorum legionibus, T. Sempronius consul toties iam cum hoste signis collatis pugnauit: operæ precium habent, libertatem, ciuitatemque. Pro seruis saltem ad hoc bellum emptis nobis simul congregari cum hoste liceat, & oppugnando querere libertatem. Vis tu mari, vis terra, vis acie, vis urbibus oppugnandis experiri uirtutem? aspertima quæque ad laborem, periculumque de poscimus, ut quod ad Cannas faciendum, fuit, quamprimum fiat, quoniam quidquid postea uiximus, diu omne destinatum in ignominia est. Ecce omnes ad tua genua procumbimus, in clementia, ac humanitate tua omnis nostra spes sita est, adiuua nos Romanos tuos, aduersa fortuna agitato, ut, si quando datur nostros lares adire, nostrosque liberos uisere, dulcesque coniuges amplecti, id omne tuæ liberalitatis acceptum referamus. MARCELLVS. Miseret me fortunæ uestrae

Extat senam
us epistola
de hac re ad
Marcellum.

non minus quam eorum, qui eiusmodi in praelio cum pro patria haud fortiter se gef-
ferint, aliqua ignominia affecti à Senatu fuere, ut cæteris essent exemplo. Vtinam
Sempronium ducem secuti essetis, qui fessis pugnando hostibus, uictoriaeque laetis,
& ex ipsis quibuldam reuensis in castra sua cum septenis armatorum hominum milli-
bus inter confertos hostes erupit: non haec uos calamitas agitareret: non tantam igno-
miniam subissetis: sed in Romanis castris magno cum honore, ut cæteri, uersarē mi-
ni. Ipse nunc uobis nihil habeo polliceri, neque fas duco in mea uos castra recipere
aduersus Senatus populique Romani iussum, imperiumque. Faciam ipsos certiores,
mittamque huius uestrae orationis exemplum, simulque orabo, ut mihi id permittat,
ut in pristina dignitate uos eorum permisso recipere ualeam; uel saltem in Syra-
cusarum oppugnatione uestra opera uti liceat. Hac in re, pro patriae caritate, quae
omnes muro quasi quodam uinculo continet, uobis fauere, opem, auxiliumque fer-
re, quantum in me situm erit, non recusabo. ACCEN. En adest explorator, qui à te
superioribus diebus missus est, ut per rotam hanc insulam excurreret, & Pelorum, Pa-
chynnū, & Lilybeum adiret, exciperetque, quid hostes molirentur, & quid urbis nostrae
socii in fide persisterent. MAR. Admittatur explorator, & hic coram omnibus br cui
oratione expromat, quid quid uiderit, aut audierit. EXPLORATOR. Plurimum sal-
uere te opto Marcelle Consul fortissime, cui omnia Dii deaeque omnes absecadato,
superboque hostes debellare permittant. Postquam abste profectus sum à Leontinis,
ubi castra posueras, recta ad Aetnam progressus sum, et ad Catanensē orā, Cyclopā
quondam domicilium, ubi cum ad hospitem diuertissem, accepi legatos ab Orico
uenisse ad M. Valerium praesidentem classis Brundusii, Calabriaeque circa littoribus
nuntiantes Philippum Apolloniam tentasse leuibus biremibus cxx. flumine aduerso
subuectum: quae res cum ex sententia non successisset, ad Oricum nocte exercitum ad
mouisse, & facile cepisse, quod ea urbs in plano sita, neque moenibus, neque uiribus,
neque armis valida esset. Eam cum inde recedens Philippus leui tenente praesidio
reliquisset, altera die M. Valerium illuc profectum haud magno certamine recepisse,
ita Philippum terram Macedoniam petiisse, cum se fore parē non consideret: magna
ex parte inermi exercitu, succēssuque nauibus. Hinc me ad Taurominiū contuli, quae
urbs è Catana (ut aiunt) xxxi. milliaria distat, hic cum nihil esset noui, Messana adii
altera die, qua xxx. milliaria passua peregi, multa hic de Annibale circumferebantur,
& Sempronium Gracchum superioribus diebus prospere aduersus Pœnos, & Anni-
balem ducem ad Beneuentum pugnassee feruorum maxime opera, quos liberos esse
iussit, Annibalem uero iter tenuisse Tarentum cum maxima omnium, quacunque ie-
rat, clade, castraque ab urbe nullo motu facto ferme passus mille locasse. Sed triduo
antequam Annibal ad moenia accederet, M. Valerium, qui classis ad Brundisium praes-
erat, Tarentum missum, dispositis ad omnes portas, circaque muros stationibus die,
ac nocte sedula operam nauare rebus gerendis, neque dubiis sociis quidquam autē
tandum praebuisse, & Annibalem aliquot diebus ibi frustra consumptis, Salapia pro-
fectum esse Numidaique Maurōque per Salentinum agrum proximisque Apuliae
saltus excurrentes magnam praedam abegisse. Haec Messanae audiebantur. hinc me in
Pelorum conuerti, iamque Mylas recta proficiscenti occurrit Romanus tabellarius cum
publicis litteris, ab eo primum audiui Q. Fabium Max. consulis filium, & T. Sempro-
nium Gracchum Consules creatos esse ludos scenicos per quadriua eo anno primū
factos ab curulibus Aedilib. bellum aduersus Annibalem Consulibus esse mandatum:
tibi prorogata esse Siciliam: veterem prouinciam Lentulo Praetori, Ostacilio
classē, M. Valerio Graeciam: M. Minutio Sardiniam: C. Terentio Picenum: his-
que ducibus aduersus multa, aut mota, aut suspecta bella munus esse Romanum
imperium. Prodigia quoque quaedam eo tempore apparuisse idē asserbat.

Ariciae

Campi Leō-
nini.
Catana.

Tauromini-
um.
Messana.

Pelorus.
Mylae,

Ariciae Iouis aedem de coelo tactam; nauium longarum species in flumine Tarrā-
cinae, ubi nullae erant, uisas esse, & in Iouis uicini templo arma cæterepulle. Ami-
terni flumen cruentum fluxisse. Hisque procuratis ex decreto Pontificum, Consu-
les esse profectos Sempronium in Lucanos, Fabium in Apuliam. Sed arbitrator haec
iam tibi ex publicis litteris nota esse. Ex Mylis ad Tyndaridem properaui. xxv.
milliarium spatio confecto, quantum Mylae à Peloro distat, inde ad Agathyrsum per
xxx. miliaria tum ad Alesam contendi idē dimensus spatium, tum ad Cephalē.
dium, & Himera flumine traiecto (quando nihil erat noui in his oppidulis) Panormi
petiui, quod ab Himera xxxv. milliaria passuum abest huc paulo ante Romana legio cum
classe appulerat, ab ea de Hispaniis permulta audiui, Mangonem, & Asdrubalem
magnas nastrorum copias fuisse, ulterioremq; Hispaniam penē amissam, ni P. Cor-
nelius nostrum traducto exercitu ad Iberum dubiis sociorum animis in tempore ad-
uenisset, ipsum quoque penē oppressum fuisse, ni tumultum in propinquo cepisset, ubi
aduentu Cn. Scipionis obsidione liberatus fuit. Carthaginenses postea ad Illi-
turgum, quam oppugnabant, duobus praeliis à Cn. Scipione male multatos esse. Su-
pra xii hostium millia caesa, plus x millia capta cum sex & triginta militaribus signis.
Ad mundam quoque per quatuor ferē horas post aliquod dies pugnatum, egregieque
uincens Romanis, signum receptui datum, omnesque timorem inuasisse ex Cor-
Scipionis uulnere, quod tragula femore transfixo uerebatur magnopere, ne lethale ef-
feret. Eo tamen praelio ad xi millia fuisse caesa, & tria millia capta, cum signis mi-
litaribus lvi. Elephantos ferē xl confixos, Postea Carthaginenses reparato exercitu
iterum conflixisse, eodemque euentu pugnassee, Gallorum Reguli duobus in eo prae-
lio caesis, octo millibus ex hostibus trucidatis, mille captis, plurimisque gallicis spo-
liis, Romanos praeterea Saguntinū recepisse, quod octo iam annis sub hostium fuerat
potestate. omnia denique in Hispania prospere habere. Triduo Panormi commo-
ratus sum, cum legio Romana Syracusas iter haberet, eam Himilco praeda haud du-
bie ratus sibi futuram, via deceptus est, mediterraneo nanque itinere Poenus pro-
gredebatur, legio uero maritimis locis classe prosequente. Eam postea cum ad
Aegestanorum emporium peruenissem, audiui ad Appium Claudium Pachynnū
cum parte eopiarum obuiam progressum se contulisse. Ipse uero ad Lilybeum ac-
curri, ut quid noui ex Africa asserretur, explorarem, ibi ex quibusdam mercatoribus
nuper ex ea regione aduectis certo compertit, P. & Cn. Scipiones tres legatos ad Sy-
phacem Numidarum Regem Carthaginensibus subito hostem factum misisse, qui
cum eo amicitiam, societatemque iungerent, eumque impellerent ad bellum geren-
dum aduersus Carthaginenses, quae legatio cum barbaro illi grata fuisset, pollici-
um se in amicitia populi Romani permanisurum, atque ex legatis, duobus remissis,
retinuisse vnum, quo rei militaris magistro ueretur. Ita cum Carthaginensibus
congressum iusto praelio, aequoque campo signis collatis eos superasse, Carthagini-
enses uero ad Galam Massylorum regem contugisse, à quo cum Massinissa filius mis-
sus esset, cōiunctis legionibus iterum conflixisse, Syphacem uero eo praelio uictum ad
Mauritios profectum de traiectione in Hispaniam ad Scipiones cogitare. Haec ab
exteris regionibus afferebantur. Iam ex iis populis, per quorum regiones excurri,
manent alii in fide Romanorum, quosdam uero Carthaginensibus fauere ad te dela-
tum esse arbitror, & Agrigentinos cum Himilcone consentire. Praeterea post En-
nam urbem captam, infandamque illam caedem patratam, cum complures non so-
lum hominum, sed etiam deorum domicilia violata esse putarent, ad Carthaginien-
se iam defecere. Hippocratem Murguntiam, Himilconem uero Agrigentum se
recepisse, arbitrator te iam audiuisse. Denique ex iis, qui manent in fide, pro suis fa-
cultatibus haec pollicentur, quae haec tabella excepi, ne forte memoria exciderent.

Tyndaris
Agathyrst.
Alesā. ce-
phaledum.
Himera Pa-
normum.

A C A D E M I C A

Leonini, quorum ager frugum vbertate caeteris omnibus antecellit, pollicentur exx millia modiorum tam naualibus, quam pedestribus copiis, commeatumque omnium generis. Catanenses magnam vin abietis ad fabricandas naues, Taurominirani boues quingentos praeter magnam minorum animalium numerum, Mamertini vetusti vini dolia mille, Zancylaei Mylarum incolae armamenta nauium, & frumentum, Megarense scutorum xxx millia, galeas totidem: pila, gesa, hastas longas millium quinquaginta summam, pari cuiusque generis numero se expleturos esse pollicentur: secures, rutra, falces, alueolos, molas, quantum in xl naues. opus erit. Panormitae iam instituunt cohortem sexcentorum hominum, quinqueremes xx, quadriremes x. Segestani caeterique omnes ad Lilybaeum incolentes, quique mediterraneas regiones obtinent, vbi pascua existunt, vberissima, parata habent pecora, caseos, lanas, pelles, oleum, caeteraque ad victum, & vestitum pertinentia. Etiam Hyblei mellis, quod apud ipsos praecipuum habetur, quingentos cados largientur. Cum haec sedulo curarem, ferebatur, te Syracusas iam validius oppugnare, & prope cepisse, existimaui nihil opus esse diutius immorari. Neque ad Pachynum excurrere volui: Nam quae gerantur in eo Siciliae latere, quod est à Lilybaeo ad Pachynum, cum omnia ab hostibus teneantur, cumque ea loca à Syracusis non multum absint, arbitratus sum ea quotidie ad te deferri. Quamobrem Heraclea, Agrigento Camarina, caeterisque urbibus à dextera; dimissis, per Cortyram, Hyblam, & Petram, caeteraque vrbes, mediterraneas huc, ad te vnde digressus eram, accurri, vt quae longinquas in regionibus gererentur, non ignorares. MARCELL. Maxima te celeritate vsum video, qui tam breui non solum tantum terrae spatium exegisti, sed etiam tam multa ex omnibus fere orbis partibus excepisti. Ita me Diuinae magnopere gaudeo, quod & vera & felicia omnia nuntiasti. Nec minus me delectant munera à sociis promissa, quae cum primum allata erunt, nihil mali poterit amplius exercitus formidare. Gratias tibi omnes agimus ob tam gratum nuntium, & ob sedulo nauatam operam dabit tibi Quaestor sextertia quinque, arbitror esse te iam fessum de via, abi corpore curato, & cum primum cras illuxerit, huc ad me properato. Sed quid est ille armatorum militum concursus? Heus ministri, videte, quid nam affertur noui? ACCEN. En praecedit faelles excubitor, ab eo, quidquid est, excipiam. Retulit Praefectum classis adesse cum Syracusano quodam legato, quem è Syracusis egressum cepit. MAR. Hic ergo eum expectabimus.

MARCELLVS. PRAEFECTVS CLASSIS ROMANAE

DAMASIPPVS SYRACVSANORVM LEGATVS.

MAR. Praefecte, cur Syracusanum istum ad castra iunctum duxisti? PRAE. vt scires Marcelle, me ad ea, quae mandasti, segnem non esse, vigilantiam, ac solertiam militaris disciplina in primis postulat. Nuper legatus iste Syracusano è portu soluerat, vehebaturque quinqueremi, quae celeritate facile cum delphino contendit, eum ipse cum praetoria consecutus in alto aequore cepi, statimque ad te ducendum curavi, vt ex ipso cognosceres, quod, & cuius rei gratia proficisceretur, cum magno in honore apud Syracusanos habeatur. MAR. Quantum ex vestitu conicio, is Syracusanus non est, nisi forte pro tempore habitum simulat. Heus tu, quisquis es, effare primum cur Syracusis egredi ausus es, cum scires omnia per nostram classem teneri? DAMAS. nauigio fretus, quod omnium ferebatur celerimum. MAR. Quae causa te impulit, vt Syracusis proficiscereris. DAMAS. Legatus publice Philippum Regem adibam qui cum foedus pro Syracusanis componerem, Mentiri meum non est. neque id generis mei

mei qualitas patitur: id tu re ipsa mox comperies. MAR. Afferebas ab ipsis codicillos an mandata tantum? PRAE. ad sunt codicilli, quos statim intente cepti ueritus ne in mare eos proiecisset: Accense seruato codicillos hosce, reddito cum reposcam. Licet res laxate uiro huic uincula, quibus uictus est, ex uultu ipso, & ex corporis habitu non humilis neque iners uideretur: neque fas est eum in uinculis alloqui. Legate primum uolo bono sis animo, neque te nostrorum armorum terreat aspectu. Romanorum est comitate, & liberalitate etiam in hostes uti; edisserere, obsecro, quae tibi patria est, iste enim uestitus indicat te Syracusanum non esse. DAM. Nihil te fallit opinio, Marcelle. Lacedaemonius ipse sum, Damasippum appellant: Sparta mihi patria est, genus ex Leoniada illo, qui pro patria fortiter pugnas aduersus Xerxem ad Thermopylas occubuit, ex cuius uirtute ne quis me degenerare existimasset, militiam secutus nomen aliquod decusque mihi arbitror comparasse MAR. Praeclara tibi patria est, & rebus gestis incluta, & magnanimitate ducibus, optimisque ciuibus insignis, caeterisque omnibus Graeciae urbibus mea quidem sententia longe preponenda. Nam & si apud Athenienses, ac Macedones diuersarum, & preclarissimarum artium uiguit industria, tamen uideo Lacedaemoniis praecipuam curam fuisse bellotum. Quamobrem miror cur ex alto gradu deiectione nunc misere iaceant. DAMAS. Haec peioraque contingunt, qui à maiorum institutis desciscunt. Nam dum ii, sanctissimis Lycurgi institutis paruere, creuit imperium; at illis contemptis dignas improbitate poenas tulere. MAR. Tu uero apud nos benigne accipieris, tum quod Sparta est tibi patria, tum quod ex Leonide clarissimo uero genere ducis. Sed cur tu Lacedaemonius Syracusis belligerebas? DAM. Vetussum mihi hospitium fuit cum Hierone Syracusano, ipseque à teneris cum Syracusanis consueui. MAR. Et cur Hieronis uestigia secutus non es? is enim, dum uixit, accepti beneficii memor per quinquaginta annos cum Romanis in amicitia permansit, moriensque Syracusanos & monuit, & obsecrauit, vt fidem erga populum Romanum tot annos à se cultam inuictam seruarent, eiusque uestigium insisterent. DAM. Nescio quo misero, funestoque Syracusanorum fato accidit, vt aduersus optimi illius regis praeceptum cum Romanis bella gereremus. Me uero familiaritas illa incitauit, quae mihi fuit cum Syracusanis, quibus nulla in re unquam aduersus fui, unde cum eos à Romanis desciscisse uiderem, eorum uoluntati obstitere nefas esse putauit. petentibusque vt in hoc bello adessem, maximis beneficiis obstrictus negare minime potui. Quare prudens, sciensque ad interitum ruebam uoluntarium. Nunc quoque cum ad Philippum legatus publice mitterer, amicitiae iure mihi parendum fuit. Neque putes uelim, me bellum hoc aduersus Romanos susceptum unquam probasse; suasi que quod potui, vt Hieronis praeceptorum memores mallent esse, quam Carthaginensium promissis aures praebere. Sic me Diuina incolumem in patriam reuocent, vt belli causam nascentem extinguere, obnixè conatus sum. Timidum me quidam ignauumque clamabant, quod ut effugerem (nihil enim tamen Lacedaemoniorum aures laedit quam ignauiae exprobratio) malui praeter animi sententiam agere, quam timiditatis nota subire. Testor Deos nihil aduersus populi Romani maiestatem neque me consuluisse, neque molitum esse. Quare si quid peccatum est, da id Diis, qui eiusmodi poenas ob aliqua scelera à Syracusano populo expetiuerunt: Da id amicitiae ac consuetudini, cuius magna habenda ratio est da id fortitudini, quam Spartani praecipue profitentur. Secutus sum Syracusanos tanquam amicos; non cupiditate, aut prauitate aliqua animi lapsus sum, sed opinione officii, stulta fortasse, certe non improba, nullius emolumentum spe adhaec arma ueni, sed quia putabam fore, ut aliquando pax inter utrosque componeretur. Arbitror Marcelle satis me crimini satisfecisse, quo me accusas. Quamobrem tu qui uirtute, atque animi equitati Romanis omnibus antecellis, & qui Spartanum geris animum accipe

accipe in tuam fidem Lacedæmonium virum à maiorum suorum virtute non desciscere. Neque memoria teneas, me cum Syracusanis militasse, qui Romanum nomen semper sibi veneratus. Ut enim nihil magno viro dignius est quam placabilitas, atque clementia; sic nihil habetur foedius, nihil indignius, quam in supplices sequi. MARC. Quisquis es, Lacedæmoniorum nomini, quos mirifice amplector, culpam istam permitto, neque eam unquam memoria repetam, noxeris. Tu modò Syracusanos, quoad poteris, obliuiscere. ipse te in eam fidem libentissime accipio, neque de Marcelli humanitate aliquid dubites. Romanum est in viros fortes uti clementia, ac liberalitate. Secedi te milites paulisper; Præfecte maneto: amolimini hinc vos quoque lictores, sinite eum remotis arbitris alloquar. Damasppe timor omnis abesto, Magnificiunt Romani Lacedæmoniorum nomen, qui nunc quoque Aetholos sibi asciscere parant, cuius gentis Spartanos esse constat, quam ob causam volo te & liberum, & in nostrorum civium numero esse. DAM. Gratias tibi ago Marcelle humanissime, quas possum: at illud molestum est, me eas pro dignitate tua referre minime posse. Efficia tamen, ut in ingrato viro te beneficium collocasse, non inuenias. Scio te nihil magis hoc tempore expetere, quam Syracusas expugnare; id qua facere poteris, admoneo, ut re ipsa experire, magis me beneficio tuo, quam Syracusanorum amicitia debere, MAR. immo hoc mihi, populoque Romano gratius facere nihil poteris, hocque beneficio nos omnes adeo tibi obstringeris, ut quæ ex ea re tibi emolumenta, atque ornamenta pararis, brevis cogniturus. Dic igitur fidenti animo, quid sentias, neque suspiceris quemquam scitum id nos à te accepisse. DAM. Munita urbs est ipsa non solum natura loci, sed etiam (ut vides) mœnibus ac turribus undique septa, arcium plurimum munimentis firma: Eam civium assidua tutatur vigilantia: neque vitæ necessaria desunt, armati milites custodiæ inhiant. Archimedes novis machinarum generibus ab ea hostes arcere nunquam desistit. Quamobrem quam arduum sit, eam virtute, & multitudine oppidanorum defensam expugnare, te toto hoc triennio, quo eam oppugnasti, & sæpe, & frustra conatum arbitror iam memoria tenere. Vnum tamen mihi tentandum videtur, quod aliquam spem præbeat futuræ victoriæ. Tui verò consilii ac prudentiæ esse statuo, quid postea agendum sit diligenter prospicere. Locus est ad portum Trogilorum propter turrim, quam Galeagram vocant; hic prope derelictus est, minusque asseruatur, cum nihil inde timeatur, hostes moliri posse. Eius turris altitudinē si per geometram aliquem cōtemplatus fueris, scilicet æque altitudinis nocturno tempore admoueris, cum omnia silent, Luna quoque suum lumen reprimente, ea facile te poterit esse spero. Aspirabit fortuna audacibus incœptis, ad erit & militum virtus, superabit omnem laborem prudentia, ac consilium tuum, quo duce fient omnia facilia. Atque ut in eam locum esse credas, me inter primos collocato, ut si quid aduersi acciderit, mendacii pœnas primus expendam. MAR. Non modò ardua proponis Damasppe, sed etiam admodum periculosa, neque id fieri posse arbitror: non enim puto Syracusanos tantam, & tam diuturnam obsidionem passos adeo esse incautos, ut urbis locum aliquem negligentiùs curent asseruari. DAM. hoc ita esse, re ipsa experire. Neque enim unquam ex ea parte urbem oppugnasti: propter quod turrem illam negligentius custodiunt. MAR. At istud periculum in nostris militibus fieri, graue est, neque prudentis ducis esse statuo, aliquid aggredi, ubi plus mali imminet, si quid effugerit, quam boni inportuando. DAM. Alium locum esse non video, quo scalas tuto admouere possis, munita sunt omnia, indefessisque custodibus asseruata. Cupio abste, atque à populo Romano aliquam beneficium meo inire gratiam: propterea quod maxime expediret, & quod minori periculo tentari posset, id volui, ne ignorares: tu pro tua prudentia id recte cogitabis, quodque ex usu futurum arbitraris, id facias. MAR. Nihil clam moliri certum est, neque enim Romanorum est, aliquid nisi aperto Marte tentare.

DAM.

DAM. Stratagemmata fortes viros non dedecent. MAR. Vera loqueris, sed nolo meos milites tantum adire periculum. DAM. Ut lubet. Illud te obsecro, ne me aliquid mentitum esse, arbitreris, non enim mentiuntur Spartani. MAR. arbitror te ut ingenium, ac fortem militem decet, nihil falsi dixisse: vereor tamen ne quid agam, cuius postea sit penitendum, id melius consulam, postea quod mihi mensuadebit, id faciam. Tu interea bono facis animo. Præfecte nolui huic ostendere me, eius consilium magnificere, iustis de causis, id cur fecerim, erit alias indicandi occasio. Quare deducito eum in Quæstorium, meisque verbis mandato quæstori, ut eum diligenter custodiendum curet, ac benigne accipiat, tu eius verba obseruato, & ad me omnia deferas. PRÆ. Mandata curabo diligenter, Damasppe puta te nostrum esse, abi vna cum Præfecto in Quæstorium, mox vna colloquemur.

TRANSFUGA SYRACUSANVS. EXCVBITOR.
MARCELLVS.

TRANS. Diis grates ago maximas, cum incolumis ex Syracusanis testis, atque adeo teterrimis carceribus effugerim. Hæc sunt Romana castra, recta ad Consulem proficiscar, ut eum, quid nunc facto opus sit, commonefaciam, percontabor hunc, qui mihi obuiam venit, EXCVBITOR. Heus tu cur Romana castra in usum audes ingredi? e Syracusis exploratum huc certe venisti, quæ isthæc confidentia est, qui etiam interdum id facere non dubites? Lictor constringito hunc, atque ad Tribunal deducito. TRANS. Nihil lictore opus est, non explorator, sed transfuga e Syracusanis claustris venio ad amicos, non ad hostes, atque ad Consulem deduci cupio, ut eum, quid nunc factum opus est, oportune admoneam. EXCVB. habes ne aliquid ex Populi Romani usu? TRANS. Optimum quiddam, atque adeo opportunissimum, quodque ad Syracusarum expugnationem præcipue spectet. EXCVB. Felix sit nobis omnibus tuus aduentus, paulisper mane: iam hic adero. Lictor hunc comiter tractato. Marcelle quod faustum, felixque sit, modo in castra transfuga quidam Syracusanus venit, oratque ut se ad te deducam, serua pollicetur, & quæ ad rem commoda plurimum conferunt. MAR. Ducito statim ad me, ut quid afferat, ex ipso intelligam. Nunc exploratum erit, an quæ Damasppe admonuit, cum re ipsa consentiant. EXCVB. Syracusane te consul expectat, sed vide ne quid falsi coram tanto duce audeas, nam equo pœnas penderes. TRANS. discernant me potius rabidi Leones, si quidquam præter id, quod verum est, eloquar. EXCVB. Id te amice moneo, nam in fallaces homines admodum saeuunt Romani, arbitror te audisse Tullii scitiam in Metium, & Brutii, & Torquati seueritatem in suos liberos, ubi serua aguntur, caueto, si sapias. TRANS. Ipse mihi diligenter prospiciam, mea nunc res agitur, ubi si quid metirer, actum agerem. EXCVB. Sed iam ad Prætorium venimus, & ille, qui ibi alte sedet, consul est, ad eum accede, ut humilem virum decet. MAR. Syracusane sta rectus, nihil opus est, quod te ad pedes submitta, si amicus aduenis, benigne apud nos accipere. TRANS. Amicus aduenio, atque adeo à te, & à populo Romano gratiam initurus, habeo enim maximum quiddam, quo ambos mihi deuincire possim. MAR. Habes ne quid ad Syracusarum expugnationem pertinens? TRANS. hoc ipsum, sed oro, ut illud remotis arbitris apud te solum liceat expromere. MAR. recessere iam omnes, neque huc quisquam iniussus accedet, & tu excubitor adito tuas excubias: neque fas est, hic diutius immorari. Syracusane quando in nostram fidem benigne acceptus es, edisserere, quæ causa ad Romana castra te impulerit, ut venires. TRANS. Et si Marcelle consul fortissime horrido, incultoque me in amictu vides, nullisque vestium insignibus decoratum, quæ etiam ignotum in hominum conspectu admirabilem reddunt: nolim tamē obscuro

obscuro genere ortum esse me arbitrere, eamque ob causam falsa esse me prolaturum quod humili genere nati facere solent: dedecent enim ingenuum hominem mēdacia atque fallacia. Sosis est mihi nomen, quod re ipsa mox comperies: Acradineque custodie cura mihi publice mandata est, cui cum præessem, arbitratus sum hoc vestitus habitu custodes me fallere posse, ut iam fortuna aspirauit. Sicque in Romana castra accurri, ut Romanos viros regali maiestate fulgentes insigni aliquo beneficio mihi deuincirem. Vitro se obulit occasio, quam diu expectaui, & quam si nunc dimisisssem, male mecum, & cum ciuibus, meis agi existimasssem. Neque arbitrere huc me progressum esse, ut patriam, cui tantum debeo, quantum persolvere difficile est, impie proderem, sed potius ut eam ex impiorum militum, ac perditorum hominum, impuris liberarem manibus, ac in pristinam salutem reuocarem. Pœdiora à facinorosis militibus ciues patiuntur, quam ab immanissimis hostibus inferri possent. Quæ verò ea sint, enarrare horret animus. Ea igitur ne in patria fieri viderem, tum ut et opem aliquam ferrem, ad te accurri; vnde utrum à me prodita, an potius seruata videatur patria, in fide Romana positum esse volo. Mihi verò ob tale factum nihil aliud peto, nisi Romanorum amicitiam. Video vos benignos esse, neque iratos tam seuire in hostes, ut ii faciunt, quorum scelera sine lacrynis meminisse non possum. Quare satius esse putavi patriam in Romano ditionem venire, quam foede à militibus lacerari. Quæ verò huiusce rei patrædæ occasio adsit, ut Syraculis vos potiamini, eam te ignorare nolui. Spero simul & patriæ esse me opem allaturum, & tibi gloriam comparaturum. Ludi sunt in vrbe per triduum in Dianæ honorem. Spectaculo ciuitas tota intenta est, vino largiori epulæ celebrantur; præbuit illud vniuersæ plebi Epicides, & per tribus distribuit earum principibus. Nunc commodum esse arbitror custodes somno, vinoque sepultos aggredi; neque vlla agendis rebus mora adsit, sed summa celeritate vtendum. Atripe Marcelle occasio est istam, aduoca tribunos, centurionesque tuos, & scalis in occulto comparatis tube cæteris, ut corpora curent, quietique dent; primoque somno epulatos iam, vinoque satiatos aggredere, armatos tenui agmine per silentium vbi ad Galeagram turrim adduxeris, (nam minus hæc asseruatur) sine strepitu, ac tumultu iube in murum euadant, sequentur alij ordine; dabunt primi signum ab Hexapilo, quo per solitudinem facile perueniri posse arbitror, effractaque parua porta, quæ prope Hexapylon est, incutietur terror custodibus: nam simulac auditus erit tubarum clangor, aduentantiumque militum tuorum clamor, custodes omnia hostilibus armis teneri putantes, cæsis primis, diffugient omnes, pauentiumque turba somno, ac vino grauata (ut in noctis tenebris fieri solet) cum pericula maiora, ac sunt, videri solent, per vrbis muros temere excurrerit, salutis locum pro virili queritans, cum nullum tamen habeat effugium. ita facillime nulla tuorum iactura vrbe poteris. Neque Epicidem arbitror ab insula Naso, & si prope existat, laboranti ciuitati opem ferre posse. Denique inter multa e gregia non in vltimis laudum hoc tibi erit. Syraculas præcipuam Trinacriæ urbem recte munitam, cuiusque robore firmissime defensam tandem virtuti tuæ cessisse. Magna erit laus tua ac gloria, te huic bello finē imposuisse. Hæc te scire volui Marcelle, ut si quando urbem expugnaris, Hieronis Regis populi Romani studiosissimi memor sis: neque tam quid ciuium scelera mereant, quam quod illius viri probitas postulat, recordere. MARC. Ex oratione ipsa, quæ, quale cuiusque ingenium sit, indicat, clare perspicio, te nobili genere esse ortum, & vera simul esse locutum, ob eamque causam & te in meam fidem accipio, & in eiusmodi re tuo consilio vti certum est. Conueniunt enim verba tua (nisi quid in vrbe confisum est) cum iis, quæ à Damasippo nuper accepi. Quamobrem si noctu ad tantam rem patranda me fidum præstiteris ducem, præter alia dona, quæ a populo Romano accipies, certo scias esse te à me aurea corona donandum. Magno igitur animo sis: agentur à me ciues, & amici, & propinqui tui pro tuis meritis, si dii faxint, ut vrbe potiamur,

riamur; nunc verò adi nostrum prætorium, nam quid agendum sit, tecum consilium capiam. Centurio adis vna cū hospite isto, benigneque, quod poteris, tractato, mox ipse ad vos veniam. Video iam Tribunos militesque huc frequentes aduenisse. Eia ac cedamus ad Tribunal, vnde eos alloqui soleo.

MARCELLVS MILITES ALLOQVITVR
E TRIBVNALI.

ARBITROR Milites vos adhuc memoria tenere, quæ ad Nolam aduersus firmas, beneque instructas Annibalis copias strenuè vna mecum egistis, cum caesis amplius mille hostibus, plurimisque militaribus signis, elephantisque captis cum iam vinci posse docuimus. Peruaserat enim omnes opinio illa, cū tot cladibus Populum Romanum affecisset, cum tam prospera vteretur fortuna, cum denique maximo, validissimoque exercitu belum tam callide administraret, ab Italiæ finibus minime pelli, nedum vltimo vnquam tempore posse vinci. Prudens quæ in tam atroci bello quam præclara facinora gessit, s. prætereo; tum etiam quanta animorum alacritate, quanto studio, & ardore, quanta vi Syracusana moenia toto hoc triennio oppugnastis. Idcirco nulla mihi hortatione opus esse video ad eorum animos incitandos, qui sua sponte satis superque ad bellica munera incensi sunt. Neque enim genus belli, quod gerimus, neque hostes ignoratis. Idem illi sunt (neque enim alios terra protulit) quos sæpe vicinus, & qui moenibus septi, Archimedisque caelestium siderum inspectoris machinamentis confidentes suam obnixè tutatur ignauiam. Inter eos iam multos desiderari exploratum est vobis. nam assiduis præliis penè absumpti sunt. At reliqui duntaxat nam passi obsidionem, effigies, ac vmbre hominum potius videntur, quam homines, adeo fame, laboribusque assiduis, excubiis, ac vigiliis enecti, absumptique penè sunt, ut cum reliquis hostium potius, quam cum hostibus & cū muris istis potius quam cū militibus vobis certamen esse, censendum sit. Quamobrem non, ut vos adhortarer (nam quid sponte currentes incitare oportet) huc aduocandos curauim, sed ut admodum nerem, maximam omnes ignominiam esse tubituros, omnibus ciuibus, & peregrinis vrpi spectaculo nos fore, quando infecta re (quod dii omen auertat) rediremus. Augerent ignominiam tot impense frustra in machinationes, in tormenta, & in commetatus toto hoc triennio collatæ. Nuper ab exploratore audistis, quàm fortiter se gerant cæteri milites nostri sub aliis ducibus: turpe esset eorum non imitari virtutem, nam domesticis abundamus exemplis, ex quibus si quis aberrarit, delcueritque, dii immortales, qualem, quantamque sibi comparabit ignominiam; Hac in oppugnatione præm ea victoribus proponuntur, quibus ampliora, ne à diis quidem immortalibus homines optare solent. Nam si quis ad vnam urbem oppugnandam se ductum credit, is emolumentum sui rationem nullam habet: oppugnabitis verè moenia vnius vrbis: sed in vna vrbe vniuersam ceperitis Siciliam. Hic magna pecunia est, magnæ opes (an Syracusanas diuitias, quæ vulgo per omnium ora circumuolitant, ignoratis? Hic tormenta, arma omnis apparatus belli est, qui simul vos instruet, & hostes nudabit. Potiemur præterea tum pulcherrima, & maxima vrbe, tum opportunissima, vnde terra, marique, quæ belli vsus poscit, suppeditentur, quæ cum magna ipsi habebimus, tum demperimus hostibus spem multo maiorem: hanc illi arcem, hoc horreum, hoc armamentarium sibi proponunt, animoque concipiunt. In hanc tam opimam mercedem agite cum diis bene iuuantibus arma capite. Satis adhuc in Sicilia agis Leontinos persequendo nullum emolumentum tot laborum, periculorumque vestrorum vidistis: tempus iubet opulenta vos, ac ditia stipendia facere, & magna opere pretia mereri. Nunc vobis (ut spero) terminum laborum fortuna dabit. Nunc dignam mercedem

cedem emeritis stipendijs largietur. Nunc denique immortale nomē uobis, uestrisq; liberis comparabit. Neque illud parui ducetis milites, quod Marcellum uirtutis uestrae spectatorem habetis, ac testem, qui cuique sua possit temporibus, locisque referre ornamenta. Primo igitur noctis silentio, primaque uigilia signa canere iubebo. Hic uestram uim experiri, uirtutemque uolo. Nam si quam de uobis concepi expectationem, ea (quod non puto) me fecellerit, non cum exercitu meo, nec cum militibus, meis locuti esse me existimabo, nec hostium moenia oppugnasse, nec apud Romanos sed apud barbaros habuisse orationem. Quamobrem ad Syracusarum expugnationem uos educam iis auspicijs, ut & uictores ex tam opulenta urbe, praeda, spoliisque onustos triumpho maximo domum ad uestras coniuges, natosque reducam. Occasionem hanc, quae se modo obtulit, & quam ipse animo concepi, non dimittendam censeo: quia si in occasionis momento eius praeruelat opportunitas, cunctatus quispiam paululum fuerit, ne quicquam mox omissam queratur. Ite Dijs bene iuuantibus, corpora curate, armaque omnia expedita habete; ut integri, uigentesque alacri animo in hostium moenia irrumpatis. Alias uestra sponte complura, & ardua facinora aui estis. experiri nunc certum est, quantum audeatis Marcello duce. Expedite apparatus omnem bellicum, omnesque machinas ad oppugnandos muros idoneas. Facite, ut quanta alacritate hodiernos ludos celebrastis, in quibus audio plerosque plurimum praestitisse, tanto ac maiore animi ardore, quoniam maiora aguntur, hostilia moenia & ascendisse, & certatim expugnasse comperiam.

PRAECCO.

Tribuni Centuriones, & tesseraarii milites ite quamprimum in Praetorium à Consule mandata, & tesseras accepturi. Milites ceteri, secedat quisque in suum contubernium, curet corpus, detque quieti, ut omnes prima nocte, cum primum tuba signum dederit, ad consulis mandata adesse possitis. Excubitores abite ad excubias. Signo omnes intenti, cum primum dabitur. clausis portis astent uigiles, neque quisquam sine consulis permisso castris egredi audeat. Hæc sunt quæ consul fieri imperat. Caute ne quis aduersum eius mandata quicquam molitur, ne audaciæ temeritatisque graues, iustasque pendat poenas.

CASTRENSIS EXERCITATIONIS FINIS



XHIBEMVS Lectores benignissimi prima hæc Academica ad Litterariae Reip. militiam pertinentia: neq; miremini, si reliqua non dantur una cum his, ut titulus pollicetur, ne quis forte obiciat illud. Parturient montes, nascetur ridiculus mus. In animo erat, omnia quæ in Academia nostra acta fuere, uno volumine collecta uobis tradere. Sed typographorum incuria, me ab incepto auocauit. Videor equidem in his nostris, & oleum, & operam perdere. Nam tot maculis pauca hæc scitent, ut elephantias ea laborare quisq; facile intelligat. Quamobrè certū est reliqua, cum primū dabitur, Venetis prælis committere: Illud unum nostros academicos rogo, quorum nomina, industria, virtutesq; nostris scriptis celebrantur, ceterosq; ciues præstantissimos, qui nostræ Academiae semper fauerit, ut IOAN. ANDREAM CVRTIVM Præsidentem liberalissimum imitentur, qui primos hofce partus suis sumptibus benigne sustentauit, fouete uos reliqua: adiuuate & uestris opibus Rinaldum uestrum virtutum uestrarum præconem, ineptum fortasse, at perstudiosum, & obseruantissimum, ut liberalitate uestra munus cætera in apertum proferre possit, & liberalissimo cuiq; sua dicare. Erit hoc non solum maximo adiumento ad eius opera edenda, sed uobis omnibus non exiguo ornamento. Quando nihil est, quod nobiles viros magis deceat, quàm liberalitas, & ea præsertim, quæ ad optimarum disciplinarum studia fouenda confertur.

AD STRENVVM REIP. LITTERARIAE

athletam, & uera Encyclopadia illustrem arte
 signanum Io. Baptistam Rinaldum
 Io. Francisci Lombardi de castichon.

Dum tu Academia illustras tot symbola chartis;
 Fulgida Campani sive Rinalde soli.
 Ostendis totum cuius peragrasse per orbem.
 Exhausisse sinus Oceaniq; maris.
 Quis te non amet, aut colat, aut non pronus apertis
 Excipiat te uulnis, pectore, corde, sinu?
 Omnium felix genitor, genitrixq;, papillis
 Quae te lactauit Nectare, et Ambrosia.
 Quod superest igitur, pergas generose Rinalde,
 Tam doctum, atq; ingens perfice promptus opus.

Primum admonendus est Lector x. & xi. dialogos esse Typographi incuria transpositos is enim, ubi de machinarum apparatu agitur præponendus est oppugnationi. In titulo epistolæ prioris ubi est incyto, apponatur inclyto. In eadē pagina. firmissime, mo. à tergo eiusdē pagine Toma, pro Thoma. Pagina 1. versu ultimo omne . p. ariete . 3. Frizzas. Preccias. Et tam hos quam Blanchos, & Surgētios animaduertat lector. Inter equites habēdos esse, sed eos illic numerauimus quia uenerē in nostram academiā post Curtios. 4. præstringunt. per: 7. nequa. neq; 13. in titulo. Ve. pasianus Sebastianus. 13. ditius diucius. 14. saltitatu. facitatum, 15. duo uelut postremi repetitur à tergo eiusdē in pagine. 17. quis. qui. 17. senibus. sentibus. ea. eam. 20. plerumq; . plerunq; 23. munus bis repetitum semel relinquitur. ibidem. recipiant, recipiantur 24. præstringit, perstringit 26. tentorius, tui. 30. ita tuisset, ita tuisset 31. firmiore; ra. 32. tanto, tanta. 34. nisi, nisi ibidem ista est, est abolendum est 35. munitura, munitum. 37. uidebitur, uidebuntur. ibidē. uirtuti, uirtuti. 37. uinoq; uinoq; 39. iuuenis, iuuenes. 40. considerem, considerem. 42. hiatus, hiatus. 43. fatissia cisse, fatissia cisse. 44 & 46. Atlas, Atlas. 47. bonotum, bonorum. 47. costantia, constantia. 48. uoluit, uoluit. 50. ceteriq; ceteriq; . uaduxre, tra. si. nos. uos.

Illustrissime ProRex.

Reip. litterariæ Dialogos ab eruditiss. uiro Io. Baptista Rinaldo elaboratos, quem ad modum iussisti, studiosè legi: uidenturq; digni ut in lucem ire possint.

Tibi deditissimus Io. Baptista Arcucius Theologiæ Doctor.

Ego Frater Bartholomæus Sachus de Polla ordinis prædicatorum sacra Theologiæ magister. fidem facio qualiter uidi dialogos reipublicæ litterariæ Magnifici uiri Domini Ioānis Baptistæ Rinaldi. & nihil in eis inueni quod fidei catholicæ repugnet & ideo typis secure committi possunt: & in fidem huius hæc manu propria scripsi.

Dat. Neapoli in conuentu sancti Dominici die 13. Februarii 1576.

Reuerendissime Domine.

Dialogi Reip. Litterariæ editi à doctiss. & eruditiss. uiro Domino Io. Bapt. Rinaldo cum probentur à Reuerendis Theologis Arcutio. & Polla possunt imprimi. Neap. 13. Iulii 1576. Imprimatur.

Io. Franciscus Lombardus.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L.

Omnes sunt terni.